

G E S C

A 6 I 7

om. B
21

8. VI

Geoyt.

5



~~204~~ ~~Hist. Nat. 4.~~
266

PHRASES
HISTORICÆ
AC SENTENTIAE,
EX OPTIMIS LATINÆ
lingua Scriptoribus,

C. CAESARE, CICERONE,
C. SALLVSTIO, SVETONIO,
T. LIVIO, CORN. TACITO,

A
NICOLAO LIBVRNICO VE-
neto collectæ.

ITEM
OBSERVATIONES HISTORI-
cæ Gul. Insulani Menapj.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Sumptibus Bernardi Gualtheri.
ANNO MD. LXX. XVII.



NOBILI, CLARISSIMO, CONSVL-
tissimoque viro ac Domino,

D. HENRICO B B E N S I
DVCATVS GELDRIAE, AC
COMITATVS ZVTPHANIAE,
CANCELLARIO, D. & Patrono suo,
BERNARDVS GVALTHERI S. D.

CRESKIT indies, VIR CLARISS.
magno eruditorū hominum gaudio res lit-
teraria, & vt fieri amat, ceteræ deinceps
his litteris ornatae grauiore discipline: vtq; inge-
nia studijs augescunt, sic & typis optimorum copia
existit librorum. Certè Latinae linguae illustrandæ
gratia (nec enim nata ea nobiscum est, sed è libris
potissimùm est haurienda loquendi ratio) editæ
sunt pridem Formulæ aptè ac disertè loquendi, at-
que amplificandi monstrata via est variè à varijs:
vt ab Aldo Manutio iuniore Phrases, è Cicerone
potissimùm collectæ: in Belgio ex eo ipso Tullio
Christop. Vladeracci Polyonyma exierunt. Nam
quæ Simon Pelegromius Synonyma euulgauit o-
lim, & in Gallia Morellus Campanus, & in Germa-
nia Iacobus Spirensis, ea sine delectu iudicioq; Poe-
ticis miscent Oratoria. In quæ cùm pueri inciderint,
vt iudicij inopia laborantes, ignota vocabula cogni-
tis longè anteponunt, auideq; arripiunt, rati idē do-
ctis hominibus vsuuenire suo nimirū cerebello reli-
quorū metientes. Verùm enim verò glandibus iam
valere iussis, quas ad βαλανοφάγος (vt in oracula

P R A E F A T I O.

*à Pythia apud Herodotum nominantur) Arcadas
 vel inuitos relegamus, frugibus repertis, meliori-
 busq; substitutis, optimæ nunc demû Phrases à pru-
 dentibus ludimagistris pueris in manus tradantur.
 In Poetica quidē Fundanus, & Buchlerus; in Græ-
 cis Bollarus, & Neander operâ egregiè pridem na-
 uarunt: quæ & ipsæ Phrases accessionibus sæpius
 auctæ circumferuntur. Desiderabantur Histori-
 cæ cùm Formule, tum Sententiæ; quæ tamen
 litterarum pars vt omnium est amœnissima, ita &
 perutilis siue Rempub. tractanti, siue ad omne di-
 sciplinarum genus festinanti Est enim, ait Tullius,
 Historia, testis temporum, lux veritatis, vita
 memoriæ, magistra morum, nuncia vetusta-
 tis. In hac qui acquiescunt, licet iuuenili sint æta-
 te, lectione assidua senibus sunt comparandi. Nihil
 enim scire, inquit idem Orator, quid antequam na-
 sceretur acciderit, est semper esse puerum. Quæ cùm
 ita sint, feci sanè libenter, vt acceptas istas ab ho-
 mine pererudito Historicas Phrases atque Sen-
 tentias nostris typis descriptas in publicum profer-
 rem, luceque donarem nominis tui, VIR CLA-
 RISSIME, D. CANCELLARI, auspicijs;
 quas formulas inchoauit olim Venetijs Nicolaus
 Liburnicus (qui & Platonis gemmas edidit)
 quando & Poeticas longè auctiores seorsim ab Ora-
 torijs iam euulgassem. Consule ita boni, amabo.
 Colonia Kal. Martij, Anno CIO. DCC. XVII.*

HISTO-



HISTORICAE

PHRASES

A NICOLAO LIBVR-

NICO COLLECTAE,

nunc digestæ ab erudi-
to viro.

ABSTINENDI.



LIENO manum absti-
nuit. *Cato de Re rust.*

Alieni abstinentissimus,
sui diligens. *Cic.*

Res integritate composi-
ta. *Liu. 25 li.*

Ab insito abstinentiæ amo-
re non deflexit. *Plin. Cornuto.*

Omni anteaetæ vitæ conuitio abstinerere. *Quin-
til. 7. vide Contineñtia.*

ACCUSANDI.

Accusauit M. Priscum. *Plin. epist.*

Principes ciuitatis prodicionis insimulati ab
Romanis. *Cæs. 7. bell Gall.*

Romam de illis questum venerat. *Liu 26.*

A Capitone Maiestatis delatus. *Tæc. 14.*

A 3

ABSEN-

A B S E N T I A E.

Abes enim propius: & Abes longe gentium
Cic. ad Att.

Nunquam ex vrbe abfuit, *pro Planc.*

Quis tam procul à literis, *Quintil.* & Quis ad-
eo hospes in literis, *Cic.*

A D O P T I O.

Cooptatus inter Augustales, & adoptatus in
eam familiam, *Suet.*

A M O R & A M I C I T I A.

Nullum à me officium amoris vel pietatis
defuit, *Cic. pro Milon.*

Nimio te plus diligo, *9. ad Att.*

Nihil minus hominis, quàm in amore non
respondere, *Idem Bruto.*

In oculis ferre, & in sinu &c. *Idem.*

Matrona huic vni animum applicuit, *Liu 37.*

Iucunda consuetudine inter nos coniuncti su-
mus, *Cic. . . Att.*

Cum à fraterno amore discessi, primas tibi
defero, *Ibidem.*

In amicitiam libenter accipere, *2. Att.*

Quòd in visceribus mihi hærent, *6. Att.*

Domum consuetudine deuinctam tenere, *pro
Archia.*

Pro inueterata nostra amicitia, *ad Appium.*

Aetas in tuo amore ingrauescens, *Id. Curioni.*

Gratiam amicitiamque Romanorum publi-
cè priuatimque peterent, *Cæs. 5. li.*

Ad eorum se amicitiam aggregauerat, *6.*

Comm.

Iustæ

Iustæ necessitudinis causæ cum Heduis intercedunt, *1. Comm.*

Ad illius se applicuit familiaritatem, *Cic. pro Cluent. & Verr. 4.*

In eius se familiaritatem insinuare, *pro Cæcinnâ.*

Aetolorum affectare amicitiam, *Liu. 5.*

Et facere amicitiam societatemque, *Ibid.*

Cum Latinis publicè priuatimque hospitia, amicitiasque iunxerat Seruius, *Liu. l. 1.*

ANIMI MAGNITUDO.

Eam flammam egregijs viris in pectore crescere, *Sallust. Jugurt.*

Mortalia infra animi magnitudinem iacēt, *Tac. 14.*

Animum laudauerim? quem non fortunæ indulgentia &c. *Plin. Panegy.*

ADVLATIO.

Adulationes auersari, *Suet. Tib.*

Diuturna seruitute ad assentationem eruditi, *Cic. Q. Fr.*

ANNONA.

Leuare annonam, *Liu. 6.*

Annona haud multum laxauerat.

ANNVS; ANNV A.

Tertium iam annum & vicesimum regnat, *Cic. pro L Manil.*

Annos ad quinquaginta natus, *pro Cluent.*

Mecum plus anno vixit, *pro Quinct.*

Ne diutius anno in prouincia essem, *7. Att.*

Si ab hinc annos quingentos Pompeius fuisset, *pro Balbo.*

4 PHRASES

In proximum annum Consulatum Catilina
petebat. *Sall. Cat.*

Res in annum extrahitur. *Liu li. 2.*

Insequens annus plus curæ Patribus inie-
cit. *lib 4.*

In exitu annus erat. *Idem 35. lib.*

In tertium annum profectioem lege con-
firmant. *Cæs. 1 Comm.*

Quadriennio post virili toga sumpta. *Suet.
Aug.*

Tribunitiam potestatem in quinquenniū
accepit. *Idem Tib.*

AUARITIA.

Fraude & auaritia parem neminem habuit.

Liu. 25. vide Sallust. initio Catil.

Capito, auaritia & libidine foedus. *Tac. 17.*

Prouincias liberalitate non subleuauit. *Suet.
Tib.*

AUDACIA.

Priorum audacia dubijs etiam animum facit.

Liu li 5.

Magnam sibi auctoritatem in re militari su-
mere. *Cæs 2. Gall.*

Non ad deponendam, sed confirmandam au-
daciam. *Cic. in Catil.*

Audacia pro muro habetur. *Sall. Catil.*

Nullius pudicitia contra Verris cupiditatem
& audaciam satis munita. *Verr. 7.*

AUDITVS.

An vsquam fando audistis? *Liu. 10. lib.*

Illa.

Illa clades auribus, non animis accepta
Idem li. 27.

Cum tu neque per te scires, neq; aliunde au-
dire potuisset. *Cic. pro Q. Lig.*

In itinere de prælio facto audiui. *Ciceroni
Planc.*

In aures recipere, & immittere.

Item, ad aures aduolauit. *Plaut.*

AUREVM, ARGENTVM.

Auro & argento scuta cælauerant. *Liu. 9.*

Pocula ex auro gemmis distincta clarissimis.
Cic. Verr. 6.

Nauiis plena argenti facti atq; signati. *Verr. 7.*

AUXILIUM.

Romam se venisse auxilium postulatum. *Cæs.*

1. Comm.

Aduatici omnibus copijs auxilio Neruijs
veniebant. *lib. 2.*

Cæsar equitatum suis auxilio misit. *lib. 4.*

Ad hos omnes casus prouisa erant præsi-
dia. *lib. 7.*

Pars Sabinis subsidio erant. *Liu. 2.*

Ibi præsentis ope res egebat. *lib. 4.*

Præsidia intra quadragesimum diem ven-
tura. *lib. 34.*

Magnam bellum gerentem com meatu pecu-
niaque iuuerunt. *Cic. pro Balbo.*

Consulite vobis, prospicite patriæ, ad sa-
lutem circumspicite. *In Catil.*

Tu idem fer opem, qui spem dedisti. *pro
Q. Lig.*

A 5

Laben-

Labenti & inclinatae Reipl. succurrere, *ad Brut.*

Vt Urbibus subueniretur remissione tributi in triennium, *Tacit. 4.*

Huic vitio occurri vno remedio potest, *Plin. Corn Tacito*

A E D I F I C O .

Maiora tecta, & ædificamus pluris, & tuemur sumptu maiore, *Varr. 1. rei T. in Sepimentum viuum est viuæ dicis &c. Ibid.*

Ambulatio est sub diuo, pedes lata denos, *Idem lib. 3.*

Ad cælum extruxit villam visceribus æram, *Cic. pro Domo.*

Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno, *li. 2. ad Q. Fr.*

Ferrum tres in longum pedes habebat, *Liu. 21. Tiberis ædificiorum prolapsionibus coarctatus, Suet. Aug.*

Vias sternendas è manubiali pecunia, viris triumphalibus distribuit, *Ibid.*

Bibliothecas incendio absumptas reparari curauit, *Idem Domit.*

A E S A L I E N V M .

Plebs ære alieno demersa, *Liu. 2.*

Æs alienum conflauerat, quo flagitium aut facinus redimeret, *Sall. Catil.*

Premuntur ære alieno. In æs alienum inciderunt, *Cic. 3. in Catil.*

Æs

Aes alienum non libidine, sed negotij gerendi causa esse contractum, *pro Sulla.*

Ciuitates omni ære alieno liberatae, *6 Att.*

Aere alieno laborantes leuauit, *Suet. Aug.*

Opus erat vt æs alienum exsolueret, *Plin. Iulio*

Ob magnitudinem æris alieni rebellionem coeptauere, *Tac. 3.*

AETATIS.

Vt cuiusque animus ex ætate flagrabat, *Sall. Catil.*

Vbi primum ætas militiae patiens fuit, *Id. Iugurt.*

Hufonymus vix dum pubescens, *T. Liu. 24.*

Infans in cunis repositus, *Suet. Aug.*

Si pupillari ætate essent, *Ibid.*

Excessit altero & quadragesimo ætatis anno, *In Tito.*

BELLVM vide & EXERCITVS.

Infestis signis vtrimque concurrunt, *Sall. Cat.*

Vt grege facto cum telis ad se erumperent, *Ibid.*

Inter confertissimos hostes incurrunt, *Ibi.*

Vbi propius ventum est, vtrimque magno clamore concurritur, *Idem Iugurth.*

Bellum magnum & atrox, variaque victoria fuit, *Ibid.*

Non vti antea, cum prædatoria manu, sed magno exercitu comparato, bellum gerere coepit, *Ibid.*

Milites ex hibernaculis in expeditionem euocat, *Ibid.*

A 6

Mulie:

P H R A S E S

Mulieres puerique è tectis ædificiorum saxa, & alia, quæ locus præbebat, certatim mittere. *Ibid.*

Vnæ atque alteræ scalæ comminutæ sunt.
Idem.

Ab hora diei septima ad vesperam pugnatum.
Cæs. 1. Gall.

Quæ ad bellum vsui erant, summa erat in eo oppido facultas. *Ibid.*

Ad multam noctem, etiam ad impedimenta pugnatum. *Ibid.*

Murus defensoribus nudatus. *lib. 2. Gall.*

Post dato signo è castris erumpunt. *lib. 3. Gall.*

Milites in castra erumpunt: nostri ad vnū omnes incolumes. *lib. 4. Gall. Et:*

Incolumes ad vnū in castra peruenerunt. *lib. 7.*

Hostem impedito atque iniquo loco tenentis. *lib. 6.*

Ne studia belli gerendi agricultura cōmutent. *Ibid.*

Bellum ciuitas aut illatum defendit, aut infert. *Ibid.*

Romanis nec loco, nec numero, æqua fuit contentio. *Ibid.*

Nonnulli perterriti in oppidum irrupunt. *Ibid.*

Longe alia ratione bellum gerendum atque antea. *Ibid.*

Magna vtrimq; cæde pugnatum est. *T. Liv. 1. lib. Bellum.*

Bellum pie indici posse *Ibid.* Et:

Bellum summa vi parabatur. *Ibid.* & *Ouid.* 1.

de Remedio:

Bella mihi video, bella parantur, ait.

Exercitum nouum conscribere. *Liu* 1. *lib.*

Non est manibus temperatum. *lib.* 2.

Concursum ad arma. *Ibid.*

Nihil bello intactum reliquit. *Ibid.*

Signum receptui dedit. *Ibid.*

Ciuitas in belli expectationem erecta. *Ibi.*

Clades vltro citroque illatae & acceptae. *l.* 3.

Excursiones in agrum Romanum fecerunt.

lib. 4.

Tenor pugnae in vltimam defatigationem
processit. *lib.* 7.

Suis ipsorum viribus belli molem susti-
nent. *lib.* 10.

Ab vltima animis spe dimicantibus pu-
gnatum. *Ibid.*

Populabundus magis quam iusto bello op-
pidum repetebat. *lib.* 21.

Procul à domo bellum gerebat. *lib.* 28.

Res parua in magnum certamen excessit.
lib. 34.

Quintius muros obambulabat. *lib.* 36.

Nouum de integro bellum instaurant. *l.* 37.

Hostes improviso inuadit. *Ibid.*

Prosperimè, ac ne ancipiti quidem fortuna
dimicauit Iulius. *Suet. Caes.*

In ferum dimicatione protracta. *Idem.*

Aug.

A 7'

Res

Res bellicas semel attigit, neque ex destinato, *Idem Caligul.*

Nec ipse inglorius militiæ, *Tacit. l. 10.*

Paulinus militiæ strenuus, *ibid.*

Tentatis animis leui proelio ex æquo discessum est, *lib. 19.*

Africam arcem omnium prouinciarum, natam ad bellum, &c. *Cic pro Q. Lig.*

Cedat forum castris, otium militiæ, stylus gladio, umbra soli, &c. *pro L. Muren.*

Contrà, 1. *Offic. differit. Castra facere, Idem Catoni lib. 15. Epist. ad Famil.*

Bellū nō restinctū, sed inflāmatū, *Brut. Cic.*

Itum est ad arma, *Asinius Cic. lib. 6. A libi:*

Itū est ad Saga: quæ Togæ opponitur.

Inexpugnabilis, & Grammaticis inter ipsos, & Philosophis pugna est, *Quintil. lib. 8.*

B O N I T A S.

Id agitur bonis an malis moribus viuamus, *Sall. Cat.*

Cum bonis omnib. summam ineat gratiam, *Cic. 7. Att.*

Si bonitas tua respōderit iudicio meo *ib. 14.*

Si vult bonorum virorum instituto viuere, *pro Quinct.*

Consentite cum bonis, *in Rullum*

B E N E F I C I A.

Locata apud gratos beneficia, *Liu 7.*

Bonis quod bene sit haud perit, *Plaut. Rud.*

Constituta publicè præmia à Iulio, *Suet. Cæs.*

Obstrictus ei sum memoria beneficij sempiterni, *Cic. pro Planc.*

B L A N -

HISTORICAE.

II

BLANDITIAE.

Puer facie, & garrulitate amabilis, *Suet. Aug.*

Multa in vulgus grata vsurpauit, *Tac. 2*

Qui se blanditijs & assentationibus in eius consuetudinē penit⁹ immerfit, *Cic. pro Clu.*

Seueritas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ &c. *Idem pro Flacco:*

CAPILLI & COMA.

Barbam & capillum submisit, *Suet. Cæs.*

Fuit capillo raro, & circa verticem nullo, hirsutus cætera, *idem in Calig.*

Fuit caluitio deformi, *idem in Domit.*

Capillatior quam antea, barbaque maiore, *Cic in Rullum:*

Madenti coma, composito capillo, graui- bus oculis, *idem Orat. post red.*

CASTITAS & CONTINENTIA.

Suopte ingenio temperatus, *Liu 1.*

Intra annum 20. feminæ notitiam habuisse, in turpissimis habet rebus, *Cæs. 6 Gal.*

Indignum genere questum corpore mulier faciens, *Plaut Pæn.*

Affectata alijs castitas, tibi est ingenita, *Plin. paneg. Tra.*

CELERITAS.

Septingenta millia passuum biduo decursa, *Cic. pro Quint.*

Idem pro lege Man. Celeritatem laudat Cn. Pompei in piratico bello conficiendo.

Quan-

Quanta maxima potest celeritate rem confecit. *Liu 36. lib.*

Impigrè, atque præproperè. *Suet. in Othone.*
Confestim ad matrem cursores misit.
Idem in Tito.

C L E M E N T I A

Criminum omnium gratiam fecit. *Suet. in Calig.*

Immunes ab omni onere præstitit. *in Claudio.*

Ignominiosis notas, reis sordes, damnatis supplicia dempsit. *In Vitell.*

Caluitiam poena exsoluit. *Tac. 14.*

In ceteros data venia *Idem lib. 12.*

Nec poena semper, sæpius poenitentia contentus. *Id. in Agr. vita.*

Cuius virtutem hostes, misericordiam victi, fidem ceteri perspexerunt. *Cic. Verr. 4.*

Vt damnati in integrum restituantur, victi solvantur, exules reducantur, res iudicatæ rescindantur. *Idem Verr. 7.*

C O L L O Q V I V M

In hanc sententiam locuti sunt. *Liu. 3. lib.*

Ad Imperatorem in colloquium venit. *Ib.*

Homo lingua immodicus. *Idem lib. 22.*

Si quid arcani est, pro non dicto habendū. *lib. 23.*

Vt ex æquis colloquerentur placuit. *Cæs. lib. 1.*

Colloquio diem, locum tempus ipse deligeret. *Sall. Jug.*

Jugurtha cum Aulo verba fecit. *Ibid.*

Hæc:

Hæc veluti in commune differuit. *Tac. 14.*

Cura vt clanculum hæc fiat dicta. *Plaut. Pœn.*

C O M M O D V M.

Tamen in rem fore credens. *Sall. Catil.*

Plurimum ad victoriam contulit. *Suet. Tib.*

Quæ in rem non essent, in diem posterum distulerunt. *Liu. 26.*

Quod dignitari & existimationi tuæ conducere maximè sentiebam. *Cic. Bruto.*

Visum est mihi ad multa quadrare. 4. ad *Att.*

Faciam quod in rem tuã conducatur. *Plaut. Capt.*

C O N C O R D I A.

Plebs conuenerat vt alternis annis fierent &c. *Liu. 7.*

Ex composito signum datum erat. *lib. 25.*

Inter dictaturam & Tribunatum conuenit, vt eo quod censuisset Senatus, statueretur. *lib. 27.*

Ira vt omnes ad vnum consentirent. *lib. 36.*

Bene mihi tecum erit. *Plaut. Merc.*

Conueniat mihi tecum necesse est. *Cic. pro Rosc. Am.*

De amicorum cognatorumque sententia. *Ibid.*

Causa, in quam omnes gentes, omnes ordines consentiunt. *pro P. Sextio.*

C O N S T A N T I A.

Constantia inceptum obtinuit. *Liu. 7.*

Per enim magni existimo, tibi firmitudinem animi nostri probari. *Cic. 9. Att.*

Qui

Qui de ciuitate, quàm de sententia de-
dere maluit, *idem pro Balbo*

Qui de ciuitate maluit quàm de sua senten-
tia dimoueri, *pro Pub. Sext.*

CONSVETUDO, vide VSVS.

CONSILIVM.

Interdiù noctuque consilia agitant, *Liu. 5.*

Nil salutare in medium consulebatur, *idem*
lib. 26

Staturus eo quod plures censueritis, *idem 34*

Plura se consilio, quam vi perfecisse dicebat,
Tac. 2

Omne mihi in turbido est consilium, *idem*
lib. 17

Ambiguus consilij, *ibidem*

Consilia dispersim habita, *Suet. Cæs.*

Non possum statuere iure quis nec ne profi-
ciscatur, *Cic. 5 Att.*

Non adhibeas in consilium cogitationum
tuarum desperationem aut timorem,
idem 5. Fam.

Adhibui in consilium duos: conuenimus in
ædem Concordiæ, *Plin 5. ad Seuer.*

CONVIVIUM.

Conuiuia in primam lucem sæpe protraxit,
Suet Cæs.

Cum largissime se inuitaret, *idem in Aug.*

Sic Plaut. in Amphit. Inuitauit se in ce-
na plusculum. Venio, discumbo, acce-
ptus hilare atque ampliter, *idem Merc.*

Ampliter obsonato, *idem Casina.*

Trifa-

Trifariam, & interdum quadrifariam cupulas dispertiebat, in ientacula, prædia, cenas, comestationesque, *Suet. Vitel.*

Cenam ternis ferculis, aut cum abundantissime senis præbebat, *id. in Aug.*

Et honore cenæ dignatus est, *id. in Vespas.*

Plerūq; frumento vtuntur importato, *Cæs. 3. l.*

Accepisti nos apud te in prandio nitide, opipareque, *Plaut. Cistel.*

Postquam cenati, prouocat me in aleam, *idem Curcul.*

Ructor & cannum aueo, quas mihi apposuiti, *Varr. 3. rei Rust.*

Produxi in multā noctē conuiuū, *Cic. Cat.*

In antelucanis cenis labor deponitur, *idem in Catil.*

Conuiuia cū patre non inibat, *pro Ros/ Am.*

Cenam isti dabat apud villā suam, *5. Verr.*

In conuiuium palā adhibebantur. *7. Verr.*

CREDERE & CREDITORES.

Creditum sibi abiurauerat, *Sall. Catil.*

Eunt inclinatis ad credendum animis, *Liu. 1.*

Quod Dominus crediderit exigat, *Cat. de re Rust.*

Alexandrino grandem iam pecuniam crediderat, *Cic pro Rab. Post*

CULTVS SITVSQVE CORPORIS.

Virgo insimulata propter mundiorem iustocultum, *Liu 8.*

Color ei exanguis, fœdi oculi, prorsus in facie vultuq; vecordia iuerat, *Sall. Cat.*

Eodē cultu quo liberos suos domi habuit, *id.*

Iugurt.

Togam

Togam de humero deiecit. *Suet. Cæs.*

Cultu notabilem fuisse ferunt Iulium. *Ibi.*

Veste à pectore descissa. *Ibid.*

Forma tirocinij negligens. *Idem Aug.*

Corpore traditur maculoso, notis desper-
fis per corpus. *Ibid.*

Auctoritas, dignitasque formæ non de-
fuit. *Idem in Claud.*

Corpore nec prolixo nec exili erat, canitie
pulchra, optimis ceruicibus. *Ibid.*

Forma, cui non minus esset auctoritatis
quam gratiæ. *Idem Tit. Vespas.*

Animi validus & corpore ingens. *Tac. lib. 14.*

Cecinna immodicus animi, ingens corpo-
re. *Idem lib. 17.*

CUSTODIA & CARCER.

Compedibus vinxit pistorem alium quam si-
bi panem conuiuis subijcientem. *Suet. Cæs.*

In custodiam à se coniectum. *In Aug.*

Conuitiatorem rapi in carcerem iussit. *In
Tib.*

Quem in vincula atq; in tenebras abripi ius-
sit. *Cic. 8. Verr.*

Talis vix in tenebris, in carcere, in squa-
lore, in fordibus. *Ibid.*

CRVDELITAS.

Quidam generi humano infociales. *Liu. 27.*

Ad rem atrocem adiecit animum, *Idem 36.*

In omne genus crudelitatis erupit, *Suet. Tib.*

Pronus ad cuiusque, quacunque de causa
necem, *Idem Vitel.*

Gla-

Gladiatores noctibus ad lychnos commi-
sit, *Idem in Domit.*

Inter, feras tutius est degere, quam in hac ta-
men immanitate versari, *Cic. pro Rosc. Am.*
Insui voluerunt in culeum viuos, atque ita
in flumen deijci, *Ibid.*

In cæde atque ex cæde viuunt, *Ibid.*

Crudelitatem expromo, quam in ipsum
me, & meos adhibuisti, *Idem pro Domo.*

CVPIDITAS.

Alieni appetens, sui profusus; ardens in cupi-
ditatibus, *Sall. Catil.*

Natura mortalium præceps ad explendã
animi cupiditatem, *Sall. Jugurt.*

Planè videbant adiectum esse oculum hære-
ditati, *Cic. 4 Verr.*

Regna omnia de cupiditate Rom. expostu-
labant, *Quinta Verr.*

Locus nullus est, quo non libido iniqui-
tasque peruaferit, *Ibid.*

DEVS OPT. MAX.

Templis Deum tantum temperatum est, *Lin.*
1. lib.

Vt neq; Deos immortales in animo habeat,
Sall Jugurth.

Ita Deos mihi propitios velim, *Cic. 1. Verr.*

Deorum immortalium numero repono, *pro*
Sext.

Non possum dicere tunc mihi aliud quã Deos
adfuisse, *Plin. ad Vocon.*

Adfuit tamen voto Deus, *Idem lib. 1. ad Cat.*

DE DI-

D E D I C A T I O .

Magnum auri pondus in Capitolio sacrauit,
Liu. 7

Obsecratio in vnum diem populo indicta,
idem.

Cuius effigiē in æde Veneris dedicauit, *Suet.*
in Calig.

Cum virgo Vestalis aram, & ædiculam, &
puluinar sub saxo sacro dedicasset, *Cic. pro*
Dom.

Peritus nostri moris ac ritus nemo vnquā
in aliam se ciuitatem dicauit, *pro Balbo.*

D E C U S seu O R N A M E N T V M .

Diuitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt, *Sall.*
Catil.

Ad hunc summa imperij respiciebat, *Cæs. 3.*
Ciui.

Ornamenta Consularia etiam procuratori-
bus indulfit, *Suet. Claud.*

Hoc quoque in tuam gloriam cedit, *Tac. l. 14.*

In quem cum Dij atque homines omnia or-
namenta coniecissent, *Cic. pro Deiot.*

Illa ornamenta decere me non putabam,
idem pro P. Sext.

Ille dies mihi quidem immortalitatis in-
star fuit, *In Pison.*

Me in Societatem tuarum laudum venire
patiare, *Cic. 14. Att.*

D E L I C T V M vel E R R O R .

Serpit hoc malum longius quam putatis, *Liu.*
lib. 34.

Tamen

Tamen in eam partem potius peccant, *Varr.*
3. rei Rust.

Velim me doceas, ne labar in impudentiam,
Plaut. Trin.

Solius meum peccatum corrigi non potest,
Cic. 1. Att.

Non tua te sponte errasse noui, *idem pro*
Rab. Post.

Errore communi lapsus est, *pro Deiot.*

Prouectus est in intemperantiam linguæ,
pro M. Marc.

MAXIMA peccandi illecebra est impuni-
tatis spes, *pro Mil.*

De tuis factis publice conqueruntur, *pro*
Rosc. Amer.

Punctum nullum temporis peccato vacuū
præterire passus, 3. *Verr.*

Facite esse: tamen hoc ferendum est nul-
lo modo, 4. *Verr.*

Qui sciebas tibi crimini datum iri, 7. *Verr.*

D E M E N T I A.

Si quidquam pensi eis fuisset, *Sall. Catil.*

Sed rumor demens erat, *Sallust. Jugurt. F. Cle-*
mens legendum

Sui impos est animi, *Plaut. Cass.*

Quorum studio teneretur omnibus ad insa-
niam fauit, *Suet. Calig.*

Inter ludibria aulæ habetur, *idem in Neron.*

Petilius contemnendis quam cauendis hosti-
bus melior, *Tac. l. 20.*

Quidam homo ridicule insanus, *Cic. 6. Verr.*

D E T R A -

DE TRAHERE DE ALIQUO.

M. Cato Scipionis magnitudinem allatrabat,
Liu 37.

Est thesaurus stultis in lingua situs, vt quæ-
stum habeant male loqui melioribus, *Plau.*
Pænulo.

Ille non cessat de vobis detrahere, *Cic. 11. ad*
Att.

Maledico dente carpunt, rodunt in circu-
lis, *Idem 2 Q. Fr.*

Detrahere aliquid de magnitudine Mar-
cellorum putasti, *8. Verr.*

Hoc maledictum minime in illam con-
uenit ætatem, *pro Deiot.*

Delatores non in præsens tantum, sed in
æternum repressisti, *Plin. Paneg. Tra.*

DIES, EIVSQUE ADIVNCTA.

In multum diei processerat, *Sall Jug.*

Diem ex die ducere, *Cæs. 1.*

Multo deniq; die per exploratores cogno-
uit, *Ibid.*

Superiorum dimicationū fructum eo die
atque hora decet consistere, *Idem lib. 7.*

Septem dies ad Corfinum commoratus,
Idem bell. civil.

Ea res diem illum exemerat, *Liu. 1.*

Quatriduum super rupem absumptum,
Idem 21.

Cum is diem de die differret, *lib. 6.*

Nuntians diem festum Dianę per triduum
agi, *lib. 25.*

Per

Per triduum insequens territauit hostes, *id.*
lib 34.

Lauabat de die Domitianus, *Suet.*

Flexo in vesperam die, *Tac. 1.*

Diem ex die prolatabant, *idem 5.*

Vesperascente die, *idem 17.*

Præcipiti in occasum die, *idem 19.*

Iam multum erat diei, *Plaut Pseud.*

Minus quindecim dies sunt, quod minas
accepisti, *idem in Trin.*

Qui cum iam vnum & alterum diem deside-
raretur, *Cic pro Cluent.*

Dies nondum decem intercesserant, *ibid.*

Ibi diem posterum commoratur, *ibid.*

Primo rem deferre quotidie ac procrastina-
re cœperunt, *pro Rosc. Am.*

Dies ex vtriusq; commodo sumitur, *idem*
pro Cæcin.

DIGNITAS ac FAMA.

Eius pater magna æstimatione fuit, *Sue. Aug.*

Tantæ dignationis est habitus, *id. in Galba.*

De statu nostræ dignitatis non est receden-
dum, *Cic. 1. Att.*

Quem pro dignitate ne laudare quidem
quisquam satis commode posset, *pro*
Rosc. Am.

Habet existimationem multo labore ac
vigilijs collectam, *Varr. 1.*

Obsolescebant dignitatis insignia, *in Marc.*
Ant.

B

Ad

P H R A S E S

Ad hominum famam profluxi, & meus
hic forensis labor vitæque ratio ad ho-
minum existimationem dimanauit,
idem pro M. Cel.

D I L I G E N T I A.

Nulla pars nocturni temporis ad laborem in-
termittitur, *Cæs. 5.*

Nihil ab vlla parte remissum curæ aut labo-
ris, *Liu. 3.*

In id omni cura intentus, *li 25.*

Ne à negotijs auocaretur, *Suet. Aug.*

Ne disciplina per desidiam exolesceret, *Tac. 11*

Cura, elabora, perfice, *1. Cic. Q. Frat.*

Consilio, auctoritate, diligentia perfecit,
pro Rosc. Am.

Id solitudine, cura, labore præstitit, *pro*
M. Marc.

Magno studio mihi à pueritia est elabora-
tum, *1. Verr.*

Summa data est à me opera vt decimas
venderem, *5. in Verr.*

Cum iste nihilo remissius, atque etiam
multo vehementius instaret. *6 Verr.*

D O C T R I N A.

Sulla patriciæ gentis nobilis, litteris Græcis
atq; Latinis eruditus, *Sall. Jug.*

Sub magistro non pœnitendo, *Liu. 1.*

Et ita pars maior auctores sunt, *idem 29.*

De quibus apibus alij separatim in libris reli-
que-

querunt, *Varr. 3. rei Rust.*

Nemo omnia potest scire, *idem 2.*

Ad scribendum animum, oculos, manumque
intendi, *Plin. 7. ad Suram.*

Quam dignitatem Sapientiae professori-
bus habes?, *Paneg. Tra.*

Adolescentes ei in disciplinam traditi, *Cic.
Verr. 3.*

Eos instituere atque erudire ad maiorum
instituta, non ad tuas turpitudines de-
buiſti, *Verr. 5.*

Neque quisquam est tam auersus à Musis,
pro Arch poet.

Hæc diu multumque & multo labore que-
ſita, *pro P. Sulla.*

Ea sunt omnia non à natura sed à magi-
stro, *pro L. Mure.*

Vt & teneriores annos ab iniuria sanctitas
docentis custodiat, & ferociores à licentia
grauitas deterreat, *Quintil. li. 2.*

DOLOR.

Dolorem suum nemini impertiebat, *Cic Verr. 1.*

Pauli vicem doleo, *6. Att.*

Res sunt de quibus acerbissime afflictor.
1. Att.

Mœrorem minui, dolorem non potui, *12.
Att.*

Eius est generis dolor, vt omnem consol-
tionem vincat, *ibid.*

Corpore vix sustineo grauitatē huius cæli
qui mihi laborem adfert in dolore, *ibi*

Hilaritatem illam in perpetuo amisi, *ibid.*
 Enitar siquo modo potero ut nemo præter
 me dolorem meum sentiat, *ibid.*

Cur hunc dolorem cineri eius inuiffisti, *id.*

3 *Verr.*

Nullum mihi tantum dolorem inuretis,
idem pro Mil.

Omnes in me meosque redundant ex illo
 fonte dolores, *ibid.*

Distineor tamen & diuellor dolore, *pro*
Planc.

Tantum dolorem sustinere non possum,
Ad Q. Fr.

Nihil æque doluit quàm citharædum malū
 se increpitum Nero, *Suet.*

Dolor, ira, & questus erumpebant, *Tac. 2.*

Fronte lætus, pectore varius, *idem in Vita*
Agric.

Exime mihi hunc scrupulum, cui par esse nō
 possum, *Plin. Seuer. 3.*

Non possum exprimere verbis quantum a-
 nimo vulnus acceperim, *idem Marcel. 5.*

Omnia auocamenta exemit, excussit, eri-
 puit dolor ex morte auiti, *idem 8.*

Vt abscedat à me tanta ægritonia, *Plaut.*
Rud.

Doluit mihi misero caput de vento, *idem*
in Tru.

Quam doluit cordi meo, *idem Amphit.*

Doleo ab animo, ab oculis, & ab ægritudi-
 ne, *idem Cistel.*

DISCES.

DISCESSVS.

Priusquam inde digrederentur, *Liu. li. 3.*

Proripuit se ex curia, *lib. 3.*

Si legati non facerent vrbe, finibusque,
lib. 4.

Vt prohibeant urbem egredi, *lib. 22.*

Inde abscessit irrito incepto, *lib. 29.*

Alij domo digressi sunt, *lib. 26.*

Ex curia domum se proripuit, *Sall. Catil.*

Ex oppido egressi & castris, *Cæs. 2. Gall.*

Milites vesperi secessionem faciunt, *Cæs. de
bell. Civil.*

Migraturum Alexandriam fama percrebruit
Suet. Cæs.

Vrbe cum cessisse intellexit, *ibid.*

Pullo amictu palatio digreditur, *Tac. 19.*

Non fuit potestas exeundi Roma, *Cic. 1. Att.*

Rure redieram, *lib. 15.*

Vt Brundusio profectus est, *ibid.*

Postridie ex Arpinati profecti sumus, *ibid.*

Cedam tibi in presentia foro, curia, & Deo-
rum templis, *Q. Frat.*

Qui simul ac pedem limine extulerat, *pro
M. Cal.*

DIVITIAE.

Populi affatim dites, *Liu. 37.*

Adolescens auro opulentus, *Plaut. Epid.*

Tantum opibus conatuque inualuit, *Cic. pro
Mur.*

B 3

Dos

D O S.

Utitur dote vxoris numerata, *Cicer. pro Cæ-*
cinna.

Filiæ nubili dotem conficere non potest,
pro Quinct.

Sine dote in tantas diuitias illam dedit, *Plan-*
Trin.

Soror datur nuptum sine dote, *ibid.*

D V B I V M.

Haud quicquam in dubio est, *Liu. 2.*

Dubias ciuitates in fide retinuit, *Suet. Cæs.*

Incertus animi & æger, *Tac. 19.*

Pendeo animi, & exerceor spe, *Cic. Att. 11. &*
Plin. Fund. & Plaut. Merc.

Longa dies meum incertat animum, *Plaut.*
Capt.

E L E C T I O.

Delectorum equitum expectabat septē mil-
lia, *Cæs. bel. Ciuil.*

Tota Italia delectus habebatur, *ibid.*

Cupientissima plebe Consul factus, *Sallust. Iu-*
guth.

In locum Sempronij factus, suffectus, crea-
tus, *Liu. 27.*

In locum Scipionis substitutus, *Suet. Tib.*

Cosconio mortuo, sum in eius locum inui-
tatus, *Cic. 2. Att.*

Quis in meum locum Iudicem subdidit,
idem pro Dom.

Gene-

HISTORICAE. 27

Generum non honoribus Principem, sed sapientia elegit, *Plin. li. 1. Arch.*

ELOQUENTIA.

TITVS LIVIVS eloquentiæ ac fidei præclarus in primis auctor, *Tac. l. 4.*

Aliquanto ex tempore quam à cura præstantior Tiberius, *Suet.*

Ingenium in vtroque eloquentiæ doctrinæque genere percellens, *idem Caligul.*

Facilis ad extemporalitatem usque Titus fuit, *idem.*

Nullius tantum flumen ingenij est, *Cicer. pro Marcel.*

Romæ summa copia patronorum hominum eloquentissimorum, *idem Cluent.*

Deus parens rerum nullo magis hominem separavit à ceteris animantibus, quam dicendi facultate, *Quintil. li 2.*

EBRIETAS.

Philippus in multum vini processerat, *Livius 37.*

Solitus obuium quemq; vel poculentum corripere, *Suet. Othone.*

Studuit eum vino deponere, *Plaut. Antul.*

Vino languidi eructant cædem, *Cic. 2. in Catilin.*

Personabant omnia vocibus ebriorum, *id. in M. Anton. 2.*

EMERE & VENDERE.

Vbi vilissimo emi poterunt ea bona, *Varr. l. rei Rust.*

Qui tabulas vestras pluris quam Remp. fecistis, *Sall. Catil.*

Vasorum pretia in immensum excreuisse, *Suet. Tib.*

Ad eam rem sumptum facit de suo, *Plaut. Bacch.*

Emissi grandi pecunia, *Cic. in Pison.*

Tabulas accepti & expensi profert, *pro Rose. Comæd.*

Emit domum prope dimidio carius quam æstimabant, *idem pro Dom.*

EQVVS & EQVITANS.

In equum insilit, *Liu. li. 5.*

Quacunq; inuectus est equo, *lib. 8.*

Desilit Consul ex equo, *li. 9.*

Insidens in equo, *li. 10.*

Ex equo pugnabant, *ibid.*

Siphax equo effusus, capitur, *ibid.*

Cæsarem in equum quidam ex suis intulit, *Cæs. 6.*

Equum ilico conscendit, *Suet. in Calig.*

Illis sola in equite vis, qui & pedite valebāt, *Tac. li. 5.*

Oppianus cecidisse ex equo dicitur, *Cicer. pro Cluent.*

EXE-

EXEQVIAE.

Rogat, vt in funus poſtridie prodeamus, *Varr.*

i. rei Ruſt.

Funus iam ſepulto filio fecit de integro, *Cic.*

pro Cluent.

Venerat in funus; ceu funeri ego quoque

operam dedi, *idem 15. Att.*

Postquam illi iuſta more regio magnifice fe-

cerant, *Sall. in Jug.*

Socerum ſepultura prohibuit, *Liu. li. 1.*

Tres ſeruuli corpus domum retulerunt, *Suet.*

Caeſ.

Defuncto nullum honorem habuit, *idem*

Calig.

Publico eum funere honorauit, *idem in*

Vitell.

Cunctis ad triſtitiã compositis, *Tac. 3.*

Feralem urnam tenens egreſſa eſt nauis,

ibid.

EXILIUM.

Vt è finibus ſuis exeant, *Caeſ. 1. bell. Gall.*

Exulatum eant, *Liu. 1.*

Filius extorris vrbe, domo prohibitus,

idem 7.

Multitudo diſſipata in nullam ſpem redi-

tus, *idem li 26.*

Cum receptus, pulſis nullis eſſet, *idem 37.*

Nurſinos extorres oppido egit, *Suet. Aug.*

Circeos in perpetuum relegauit *ibid.*

Cassium leui exilio puniuit, *ibid.*

B. S

Domo

Domo & prouincijs suis illum interdixit,
ibid

Capita factionum relegauit, *in Tiber.*

Ciuitatis est oculis remotus, *ibid*

Prohibitus contubernio, *in Vespas.*

Cedat vrbe, & aqua, & igni arceatur, *Tacit. 3.*

Sic, aqua & igne interdicere.

Ei Italia, Hispaniaque est interdictum,
idem 14.

Tyridates regni profugus, *lib. 15.*

Quem in prouinciam Lusitaniam sepo-
suit, *idem 17.*

Italia prohibetur, & Romæ ne sit, exulat, *Cic.*
pro Lig.

Ciues optime meritos è ciuitate eijciebant
pro Flacc.

Equitem Rom. Consul imperiosus exire
vrbe iussit, *post reditum.*

In prædia rustica eum relegarat, *pro Rosc.*
Ammer.

Ego me complexu patriæ conspectuque e-
ripui, *pro Pub. Sext.*

Pluribus relegatis, alijs in perpetuo, alijs in
tempus, *Plin. li. 3. Mutiano.*

E X E R C I T V S.

Instructos ordines istorum æquum deduxit,
Sall. in Catil.

In vnum se recipiebant milites, *idem Jug.*

Inter manipulos, funditores, & sagittarios
dispertit, *ibid.*

Inter

Inter equites sagittarios interiecit, *Cæs. 7.*

Ne quisquam ordine egrederetur, *Sallust.*
ibid.

Vtroque colle effusi consedere, *ibid.*

Seorsum à Rege exercitum ductare, & omnes res exequi solitus, *ibid.*

Et pace & bello constituit milites Romulus,
Liu. 1.

Locant castra ab vrbe haud plus quinque millia passuum, *ibid.*

Vt ad lucum armati adessent, *ibid.*

Muris se tenebant, *lib. 2.*

In castris se teneant pugnaque abstineant,
ibid.

Castra pro moenibus sociorum locata,
ibid.

Digressus cum paucis speculatum, *idem*
lib. 4.

Legatos non admisit in castra Imperator,
lib. 21.

Statiua in iugis Sabini, *ibid.*

Armorum & equitandi peritissimus, *libro 37.*

Ab hostium castris non longius mille ducentis passibus, *lib. 1. Comm. Cæs.*

Millia passuum tria ab eorum castris castra ponit, *ibid.*

Hostem rapinis prohibere, *ibid.*

Ab his castris aberat millia passuum octo,
2. bell. Gall.

Exercitum castris continuit, *ibid.*

Cum duo millium spatio contra eum cō-
sedisset, *lib. 3.*

Obsides inter se dare cœperunt, *ibid.*

Ad hunc modum distributis legionibus,
lib. 5.

Vt in omnes partes equites latissime per-
uagarentur, *lib. 7.*

Vt omnibus locis vagarentur, *ibid.*

Adhortatus ad laborem milites, *ibid.*

Non amplius pedum millibus duobus ab
castris castra distabant, *idem de bell. civil.*

His Antonianos admiscuerat, *ibid. li 3.*

Manu gladiatorum, quæ oppido eruperat,
pæne interemptus, *Suet. Aug.*

Contractis ad Bononiam copijs, *ibid.*

Qui armis equisque, in patrium morem ex-
ercitus, *Tac. lib. II. pro exercitatus.*

Tabernacula carbascis intecta velis colloca-
bant, *Cic. in Verr.*

Meruisse stipendia in eo bello fertur, *pro L.
Muren.*

Nos in castra, quæ aberant bidui, propera-
bamus, *idem 5. Att.*

Ad periculum, & ad aciem præsto fuit, *pro
A. Cluent.*

F A M A .

Manavit fama subobscura, *Liv. I.*

Manat tota vrbe rumor, *lib. 2.*

Standum est fama rerum, vbi certam dero-
gat fidem vetustas, *lib. 7.*

Ali-

Aliquanto minores quam fama feruntur,
Sall. Catil.

Fama res cunctas ex libidine magis quam
ex vero, celebrat obscuratque, *ibid.*

Fama æquabili & inuiolata, *in Jugurt.*
Rumor clemens, *ibid.*

Reliqua militia secundiore fama fuit, *Suet.*
Cæs.

Rempub. fama parum secunda admini-
stravit, *idem in Aug.*

Huc fama inclinât, *Tac. 14.*

In manus omnia accipiebantur, *lib. 17.*

Quem nunquam obruet obliuio, *idem in*
Agric. vit.

In vulgus emanare potuit, *Cic. pro Rosc. Amer.*

Hoc malum manauit, non solum per Ita-
liam, verum etiam Alpes transcendit,
4 in Catil.

FAMES.

Fame sum effractus, *Plaut. Capt.*

Ingrauescente annonâ, plane iam inopia ac
fames, non caritas timenda, *Cic. pro Dom.*

Maxime à re frumentaria laborabant, *Cæs.*
lib. 3.

Horreis præclusis populo famem induxit,
Suet. Calig.

FAVOR.

Ex maxima inuidia in fauorem & gratiam
venit, *Sall. Jugurt.*

B 7 Nomi-

Nominibus in urnam coniectis, *Liu 22.*

Priscus Valentis, Sabinus Cæcinnæ gratia pollebant, *Tac. 17.*

Vulgus rerum nouarum studio in Vespasianum inclinabat, *idem 19.*

Ego precum tuarum minister, adiutor, participes ero, *Plin. ad Tacit. 6.*

Vndecunq; aduocatus aderat, *idem Paneg. Traian.*

Et candidato, cui studebamus, vellemus esse præsto, *Varr. 3. de re Rust.*

F E L I C I T A S.

Pub. Sullæ nemo se neque honore, neq; gratia, neque fortunis anteferebat, *Cicer. pro Sulla.*

Fa res mihi bene ac feliciter eueniat, *Liu. 36.*

Tot prosperis confluentibus statuit se quam longissimè amouere, *Suet. Tib.*

F E R O X.

Nimum es vehemens, feroxque natura, *Cic. in Vatim.*

Omni exuit humanitatem, *pro Quinct. Lig.*

De repente irruisset, *ibid.*

F O E D V S.

Fœdus ferire iubes me Rex cum patre patrato populi Albani, *Liu. 1. l. 1.*

Ad fœdus ferendum duces prodeunt, *ibid.*

Fœdus

Fœdus renouatum est, *ibid.*

In Lutatij fœdere disertum additum, *Liu. 1.*

Fœdus ictum cum Antiocho Rege, *id. 33.*

Fœdus ictum inter Romanos & Albanos
his legibus, *lib. 1.*

Romam miserat fœdus, amicitiamque peti-
tum, *Sall. Jug.*

De Gaditano fœdere quid habes dicere, *Cic.
pro Balbo.*

FORTIS.

Mundicias mulieribus, viris laborem conue-
nire accepi, *Sall. Jug.*

Ille magnis ausis promptus, *Tac. 11.*

Manuseuerus, sermone promptus, *idem
lib. 17.*

Hortatur eos ne animo deficient, *Cæs. bell.
Ciuili.*

Homo ferrei corporis & animi, *Liu. 37.*

FORTUNA.

Inclinante se fortuna ad causam honestatis,
Liu. 4.

Si non omnia cederent secunda; fortunam
esse industria subleuandam, *Cæs. 3.*

Omnia in irritum ceciderunt, *Tac. 15.*

Titi ingenium, quantæcunq; fortunæ capax.
idem 17.

Ab excitata fortuna ad victam ac prope ia-
centem descissere, *Cic. lib. 1 Fam.*

FORTV-

F O R T V N A E B O N A .

Me regno fortunisque omnibus expulit, *Sall. Jugurth.*

Multos sedibus ac fortunis eiecerat, *Cic. pro Mil.*

De fortunis omnibus deturbandus est, *id. pro Quint.*

Spoliari omnibus fortunis, atque expelli ciuitate posse, *idem pro Flacc.*

Omnes fortunis euersos esse, *ibid.*

Catilinam egredi ex vrbē iussi, *idem in Pison.*

Euerſum puerū patrijs bonis esse dixerunt, *3 in Verr.*

In fortunas alterius inuadere, *Cic. Philip.*

Cunctos aedibus exturbauit, *Plaut. Trin.*

F I D E S .

Summam ei rerum omnium fidem habebat, *Cæs. 1 Gall.*

Se suaq; omnia in fidem populi Rom. permittere, *idem li 2.*

Significabant voce sese in eius fidem venisse, *ibid.*

Neque ab amicitia pop. Rom. defecturos, *idem li 5.*

Post fide publicè data, *Sall. Catil.*

Faucis carior fides quam pecunia fuit, *Sall. Jugurth.*

Id propius fidei est est, *Liu. 2. id est, verisimilius est.*

Im

- In fidem populi Rom. redierunt, *id.* 25.
 Multi quibus ex fortuna pendet fides, *id.* 28.
 In terris nihil spei, si decideris fide, *id.* 34.
 Annibal fidei Regum nihil confusus, *id.* 37.
 Nemiñi delatorum fides abrogata, *Suet. Tib.*
 Græca mercari fide, *Plaut. in Asin.*
 Paruam apud te fidem mihi esse intelligo,
Pseud.
 Scimus Romæ solutione impedita fidem cō-
 cidisse, *Cic. pro L. Man.*
 In eam rem fidem suam interponit, *Pro*
Rosc. Am.
 Tam rara in amicitijs fides, tam parata obli-
 uio mortuorum, *Plin. li. 6.*

FUGA.

- Hostes, proelio redintegrato, in fugam con-
 iecerunt, *Cæs. 2. bell. Gall.*
 Præcipites fugæ sese mandabant, *ibid.*
 Hos in fugam dedit, *id. lib. 4.*
 Portis se foras proripiunt, *2. bel. Civil.*
 Nec ad fugam satis virium fuit, *Liu. 2.*
 Nemo vllius nisi fugæ memor, *ibid.*
 Castris egressus Asdrubal euasit in tutum,
idem li. 6.
 Sub id tempus colloquio se proripuit, *l. 33.*
 Effundere se in fugam, *lib. 28.*
 Ex proelio intra vallum fugiebant, *li. 32.*
 Retro ad classem refugit, *li. 36.*
 Palati hostes fugabantur, & palantes,
lib. 37.

Ita

Ita se proripuit è spectaculis, *Suet. Calig.*
 Victo Vononi perfugium Armenia fuit,
Tac. 2.

Si nostri fugam facerent, *Plaut. Amph.*
 Ex Hispania fugientes ad Siciliam appulso
 esse dicebat, *Cic. in Verr.*

Ex ferro ac manibus elapsus, *idem pro*
Dom.

FVROE MILITARIS.

Cum fascibus ad curiam cucurrerunt, cum
 falcibus ad Castoris, cum gladijs toto fo-
 ro volitabant, *Cic. pro Mil.*

Clamor interea fit tota domo, inter ser-
 uos.

FVR & FVRTA : ac PRAEDA.

Calumnijs rapinisque intendit animum Ne-
 ro, *Suet in Ner.*

Acusant hi, qui in fortunas eius inuaserunt,
Cic pro Rosc. Amm.

In alienam pecuniam nullo iure inuasit,
ibid.

Canes aluntur in Capitolio, vt significant
 si fures venerint, *ibid.*

Pecuniæ publicæ est condemnatus, *pro*
Flacco.

Eripe hereditatem propinquis, prædare in
 bonis alienis, 4. *in Verr.*

Neronis filium omni argento optime fa-
 cto spoliasti, 6. *in Verr.*

Publi-

Publicam dilapitabant pecuniam, ærariū
exhauriebant, *lib. 2. ad Q. Fr.*

GAUDIUM & GRATULATIO.

Principes ciuitatum ad Cæsarem gratulatum
venerunt, *Cæs. Comm.*

Quos ex metu in alacritatem verterat, *Lin-*
lib. 4.

Inuicem inter se gratantes, *lib. 9.*

Lux ciuitati affulsisse visa est, *ibid.*

Matronæ limine contineri non poterant,
id. li. 34.

Ad eam speciem gaudio exiliuit, *Suet. in*
Neron.

Tantum gaudium publicè præbuit, *ibid.*

Vt ego lætus sum, & lætitia differor, *Plaut.*
Trucul.

Nec animus in gaudium, aut formidinem
permotus, *M. Varro.*

Elatus sum gaudio, *Cic. 10 ad Fam.*

Rustici morte exultauerat, *Plin. 1. ad*
Vocon.

Capiebam animo non mediocrem volu-
ptatem, *Cic. pro Planc.*

Illud in primis lætandum esse video, *pro*
L. Manil.

De reditu nostro gratularer, *3 ad Att.*

Cumulari me maximo gaudio confiteor,
quod homines me socium adscribant,
tuis laudibus, *14. ad Att.*

Gaudeo immortaliter, *2. ad Q. Frat.*

Mater

Mater exultare lætitia & triumphare gaudio coepit, *pro Cluent.*

Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas, *Act 7. in Verr.*

G E N T I V M M O R E S.

Sueui lacte viuunt, multumque sunt in venatione, *Cæs. lib. 4. bel. Gall.*

Maritima regio neq; multum gallica differt consuetudine, *idem li 5.*

Eorum victus, in lacte, caseo, carne, *idem lib 6.*

Epulæ humi capiuntur, humi quies, *Liu 37.*

Pars nudi agunt, pars tantum obscœna velati, *ibid*

Nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos: sed pietate, religione, sapientia superauimus, *Cic. de resp. Arusp.*

Carthaginenses fraudulentis & mendaces, Ligures montani, duri, atque agrestes, Campani semper superbi bonitate agrorum, fructuum magnitudine, vrbis salubritate, *idem de l. Agrar.*

G L O R I A R E R V M G E S T A R V M.

Gloria auita hortabatur, *Liu. l. 1.*

Vir multa domi bellique gloria fuit, *lib. 3.*

Vestra gloria in integro est, *Tac 15.*

Nihil tibi Cæsar ex ista laude Centurio, nihil

hil præfectus, mihi cohors decerpit, *Cic. pro Marc.*

Dicis, satis naturæ te vixisse vel gloriæ, at patriæ parum, *ibid.*

P. Africanus virtute, fortuna, rebus gestis amplissimus, *1. in Verr.*

Cn. Pompeius omnium gentium, omnium sæculorum, omnis memoriæ facile princeps, *Orat. post red*

Sum avidior quam satis est gloriæ, *14. ad Att.*

Magno ingenio adolescentes refrenandi potius à gloria quam incitandi, *pro M. Celio.*

Quis Carthaginensium pluris fuit Annibale, contilio, virtute, rebus gestis, *pro P. Sextio.*

Ciues aliquos virtutibus pares habemus, gloria neminem, *Plin. 1. ad Falc.*

Orabat, vt se ab iniuria obliuionis affereret, *idem 3 ad Macr.*

Aliò me vocat numerosa gloria tua, *Paneg Traian.*

GRATIA & GRATIOSVS.

Non comparat se tecum gratia, non opibus, non facultate contendit, *Cic. pro Quinct.*

Non ex hac vrbe missum, sed cœlo dilapsam gentes intuentur, *pro l. Manil.*

Lentulum ponam tecum in gratiam, *5. ad Attic.*

Mc

Me cum Cæsare & cum Appio esse in gratia,
Cic. li. 1. Lentulo.

Sed cum eo in gratiam se rediisse dicebat, *Liu. lib. 3.*

Gratiam magnam apud Hannibalem ini-
turus, *lib. 24.*

Neque insidijs opprimi posse hominem tam
acceptum popularibus, *Sall. Jugurt.*

Clementem consularem in maiore gratia
habuit, *Suet. Domit.*

Decora facies, dimissus capillus, ingens &
cana barba: quæ illi plurimum veneratio-
nis acquirunt, *Plin. ad Arrium Clem.*

G V L A.

Gurges ille atque Helluo, natus abdomini
suo, non laudi atque gloriæ, *Cic. in Pison.*

Ad mediam noctem commestationes Titus
extendit, *Suet.*

Propter amaritudinem palatum respuit, nisi
prius sale maceraris, vt libenter in os reci-
pantur, *Varr. 1. rei Rust.*

Aues quæ pingues sunt, care veniunt, *idem
lib. 3.*

H A B I T A T I O.

Habitavit in Saburra Iulius, postea in Sacra-
via, *Suet. Cæs.*

Iuxta Romanum forum habitabat, *idem
in Aug.*

Eodē cubiculo hyeme & æstate mansit, *ibi.*

Hunc

Hunc sibi domicilio locum delegerunt, *Cæs. 2 bell. Gall.*

Qua nox coegerat sedes habebant, *Sallust. in Jugurth.*

Pars in urbibus habitabant, *Liu 37.*

Inibi greges in Apulia hibernabant, æstiuabant vero in Reatinis montibus, *Varr. 2. rei Rust.*

In casis & tugurijs habitabant, *idem libro 3.*

HONORES.

Hi propter virtutem apud Cæsarem in honore erant, *Cæs. li 3. bell. Gall.*

Qui aliquo sunt numero atque honore, *id. lib. 6.*

Quem Cæsar ex humili loco ad summam dignitatem produxerat, *idem li 7.*

Honores in præmium dati, *Liu. li 4.*

Per latrocinia potius quam bonis artibus ad imperia & honores nituntur, *Sall. Jug*

Quod apud Numidas honori ducitur, *ibid.*

Senatus accitum in curiam in integrum restituit, *Suet. in Cæs.*

Rerum potens, quosdam ad amplissimos honores prouexit, *ibid.*

Nonnullos honores ad libidinem cepit, & dedit, *ibid.*

Multos libertorum in honore habuit, *id. in Aug.*

Cui

Cui Romana ciuitas data, idque rarum, nec
nisi virtutis pretium, . *Tac. 3 Am.*

Propalam omnes in eum honores cumu-
labantur, *idem 14.*

Tantum opum & honorum in me cumu-
lasti, *1. ibid.*

Absentem in amplissimum honorem coopta-
uerunt, *Cic pro Caelio.*

Ad honores obrepisti commendatione fu-
mosarum imaginum, *in L. Pison.*

Vbi honos publicè non est, ibi gloriæ cu-
piditas esse non potest, *idem in Rullam.*

Ita sæpius digni quam gratiosi præualebant,
Plin. li 3.

Illos adeo in edito collocasti, *idem Paneg.*
Traian.

H O R A .

Hora circiter diei quarta, *Cæs. lib. 4. bell. Gall.*

Postera die circiter horam tertiam, *Sallust. in*
Iugurth.

Fuimus vnà duas horas, *Cic. 7. ad Att.*

H O S P I T I V M .

Comi hospitio ibi acceptus, *Liu. li. 9.*

Negabat illos vrbe aut tectis accipiendos,
ibid.

Alius alium domos suas inuitat, *Sallust. in*
Iugurth.

Libentissimis animis eum recipiunt, *Cæs. de*
bel. Ciuil.

Et

Et neutrum aut vrbe aut portis recipere,
ibid. li 3.

Rex Senatorem pop. Rom. domo ac tecto
inuitat, *Cic. Verr 6.*

Exercitum Cn. Domitij suis tectis & co-
pijs sustentauit, *pro Deiot.*

Cum metellis erat ei hospitium, & dome-
sticus vsus, *pro Rosc. Amm.*

HUMANITAS.

Humanitate in fidem venisse dicebant, *Liv.*
lib. 8.

Mitis omnibus, præterquam Romanis,
idem 23.

Africanum à comitate non auersum vidif-
ses, *idem li. 37.*

Natura lenissimus fuit, *Suet. in Cæs.*

Indos hac humanitate pellexit ad amici-
tiam, *idem in Aug.*

Animo ad otium & omnem comitatem
remisso, *ibid.*

Vt benignitas tua terras omnes vberet, descē-
dis ad omnia familiaritatis officia, *Pijn.*
Paneg. 1.

Nec illi aut facilitas auctoritatem, aut seue-
ritas amorem diminuit, *Tacit. in Agri-
col. vit.*

Nonne omnem exuisse humanitatem vide-
tur? *Cic. pro Q Lig.*

Ad vnam summam referri volo, vel hu-
manitatis vel clementiæ tuæ, *ibid.*

C

Ab

Ab hominibus natura & consuetudine lenissimis, 3. *in Verr.*

Tam sum mitis, quam qui lenissimus, *pro P. Sulla.*

In nostra mansuetudine atque humanitate causam tantam repono, *ibid.*

Est obuius & expositus, plenusque humanitatis, *Plin. ad Arrium.*

I N C O L U M I T A S.

Nostri ad vnum omnes incolumes, *Cæs. 4. lib.*

Genus hominum salubri corpore, *Sall. lug.*

Sat est te obsidione eximere, *Liu 37.*

Valitudine vsus est prope illæsa, *Suetonius in Tiber.*

Proprijs viribus reualuit, *Tac. 14.*

Scirem ei rectè esse, *Cic. 14. Att.*

Fortunarum mearum stat⁹ incolumis permansit, *idem pro Cluent.*

Tua tibi salus inuisa, si non sit cum Reipublicæ salute coniuncta, *Plin. paneg. Tra.*

I N D U C I A E.

In duos menses induciæ factæ, *Liu. li. 1.*

In centum annos induciæ datæ, *ibid.*

Iam induciæ exierant, *ibid.*

I N F A M I A.

Famam eorum atque pudorem attriuerat, *Sall. Catil.*

Populus id accepit in contumeliam eius, *Suet. in Aug.*

Alios

Alios ignominia notauit, *ibid.*

Aspersus nonnulla infamia, *idem in Ner.*

Sinistram in vrbe famam fuisse, *Tac. l. 5.*

Hanc maculā nos decet effugere, *Ter. in Adelp.*

Asclepiades vita turpis, existimatione damnatus, *Cic. pro Flac.*

Infamia est aspersus, *pro Cælo.*

Vt aqua mihi & ignis interdiceretur, *pro Domo.*

Homini omnium scelerū notatissimo, *ibi.*

Sempiternam ei turpitudinē inflixerunt, *in Pison.*

Notam subire turpitudinis, *ibid.*

Superbiæ & crudelitatis famam ei inusserunt, *pro L. Mur.*

Bene audire volo vt ille audiat male, *6. ad Att.*

Flagrare infamia, *6. in Verr.*

Familias infames tuis stupris fecisti, *5. in Verr.*

INCONSTANTIA.

Non recipit lenitas ista, non egestas animi, non infirmitas ingenij sustinet, non capiunt angustiaē pectoris tui &c, *Cic. in Pison.*

Totam opinionem parua nonnunquam aura commutat, *idem.*

INGENIUM.

Naturalis ingenij dexteritas, *Liu. li. 28.*

Patria inclytis ingenijs merito inclyta, *id. lib. 37.*

Inter artes bonas, integrum ingenium breui
adoleuit, *Sall. in Jug.*

Seueritatem pari iucunditate condire, *Plin. 4.
ad Anton.*

Antecellere omnibus ingenij gloria conti-
git, *Cic. pro Arch. poet.*

Peruenisse me ad aliquod nomen ingenij cre-
do, *Quintil. l. 6.*

I M P E T V S.

Vt impetum hostiam sustineret, i. *Comm. Cæs.*
Accessit improviso aliud incommodum,
Cæs. 3.

Irrumpentibus obstitit, *Liu. 34.*

Fit cum clamore concursus atque impetus,
Cic. 7. in Verr.

Vt in Cæcinnam cum ferro inuaderet, *id.
pro Cæcin.*

Refractis pudoris claustris, non inducuntur
sed irrumpunt, *Plin. 2. ad Max.*

I M P R O B I T A S.

Omnium flagitiorum circum se cateruas ha-
bebat, *Sall. Catil.*

Quicumq; impudicus, adulter, ganeo, alea,
manu, ventre bona patria lacerauerat,
ibid.

Nemo inuentus est tam insignite improbus,
Cic. in Verr.

Reus pecuniosus, profusus & perditus, *idem
3 in Verr.*

Iniu-

Iniurias plurimas contumeliasque impo-
fuiſti, *idem Act. 6. in Verr.*

Quem in luto voluptatum totius corporis
inuenimus, *ibid.*

Ab eius æquitate longiffime remotus es,
in Rallum.

In prauum abstractus eſt, *in Piſon.*

Nunquam te in tot flagitia ingurgitaſſes,
ibid.

Ex fraude, mendacijs totus conſtare vide-
ris, *idem pro Roſc.*

Nihil Clodio nefas vnquam fuit, neque in
facinore, neque in libidine, *in Mil.*

Quis in voluptatibus inquinatior, quis in
rapacitate auarior, quis in largitate ef-
fuſior, *idem pro M. Cal.*

IMPIVS.

Imperium ex iuſtiſſimo crudele atque into-
lerandum factum, *Sall. in Catil.*

Non Patrum maieſtatis, ſed nec Deorum me-
tuens, *Liu 22.*

In diuexanda matre nihil penſi Nero habuit,
Suet.

Crudelem ne dicam an ſceleratum & impiū?
Cic. pro Deiot.

Sacrorum omniū hoſtis Verres, religionū
prædo, *6. Verr.*

Delubra omnia religionibus conſecrata
depeculatus eſt, *ibid.*

Cadauer eiecit domo ſpoliatum imagini-
bus

bus, exequijs, pompa, laudatione, canibus dilaniandum Clodius reliquit, *pro Mil.*

INIMICITIAE.

Specie amicitiae dolum parabant, *Tacitus libro 4.*

Capiundos mihi scio inimicos omnes homines, *Ter. in And.*

Tantum hominem facis inimicum tibi, *idem in Eunucho.*

Intercedunt mihi cum illo viro inimicitiae, *Cic. pro Caelio.*

Non hominibus, sed virtutibus Clodius semper hostis fuit, *idem pro Domo.*

Eum qui palam est aduersarius facile cauendo vitare possis, *Verr. 3.*

INVIDIA.

Inuident honori: Inuideant ergo labori & innocentiae, *Sall. in Iug.*

Quod ex aliena virtute sibi arrogant, mihi non concedunt, *ibid.*

Infamia intactum inuidia negent, *Livius libro 37.*

Homo erat non inuidiosis opibus, *Tacit. 4. Annal.*

Satis multos annos ex inuidia laborauit, *Cic. pro Sulla. & pro Rosc. Am.*

Inuidiam concitare, subire tempestatem falsae & iniquae inuidiae, *2. Philipp.*

INNOCENTIAE.

HISTORICAE.

51

INNOCENTIA.

Nulli ciuium quidquam ademit, abstinuit
alieno, *Suet. in Tito.*

Fidissima est Principis custodia Innocentia,
Plin. paneg.

Insolens infamiae, contumeliae insuetus, *Cic.*
2. Att.

Ea in re neque auaritiae, neque luxuriae si-
gnum reliquit, *pro L. Mur.*

Quem nulla vnquam vis, nullae minae,
nulla inuidia labefecit, *pro Sextio.*

INIURIAM PROPVLSARE.

A vobis singulis vincula depuli, *Liuius li-*
bro 6.

P. Lentulo ferrum & flammam de manibus
extorsimus, *Cic. pro Flacco.*

Caedem à vobis, vastitatem à templis de-
puli, *ibid.*

Ego à vestris ceruicibus illos depuli, *pro P.*
Sulla.

Incessione urbem, interneccione ciues, va-
stitate Italiam, interitu Remp. libera-
ui, *ibid.*

Vim vi repellere, & iniuriam à capite pro-
pulsare naturae lege concessum idem
Orator docet *in Mil.*

IRA.

Milites animo exasperati, *Liui. li. 28.*

Vsq; ad infantium caedem ira peruenit, *ib.*

C 4

Aiunt

Aiunt illum furenter irasci, *Cic. 6. ad Att.*
 Iras Dij in exitium vertant, *Tac. 1. Annal.*

I N S I D I A E.

Plerisque Senatoribus perniciem machinabatur, *Sall. Cat.*

Illi necem machinabantur, *Liu. li. 1.*

Intra eas silvas hostes in occulto sese continebant, *Ces. 2. bell. Gall.* vide STRATAGEMATATA sex Iulij Frontini, & Polyæni.

I T E R A G E N T I S.

Dies circiter viginti iter fecerunt, *Ces. 1. bell. Gall.*

Eodem itinere, quo hostes ierant ad eos contendit, *ibid.*

Cum tridui viam processissent, *ibid.*

Continuato nocte & die itinere, *idem li. 3.*

Diuerso itinere quam potuit occultissime, *ibid.*

Octo millium itinere confecto, *idem li. 4.*

Ab eo non longius bidui via aberat, *idem lib. 6.*

Philani maturauere iter pergere, *Sall. In-gurth.*

Ad oppidum iter constituunt, *ibid.*

Septem millia itineris erant, *Liu. 29.*

Quo primum iter intenderant, *ibid.*

Pater nostris ad ceteras iter ciuitates, *Cic. pro Balbo.*

In Sardiniam iter habebat, *id. ad Q. Frat.*

I V D I-

HISTORICAE.

43

IUDICIA & IUS DARE.

Raptus in ius ad Regem, *Liu lib. 1. Sic Plant.*
Afinaria. Adducere & Rapere in ius. Item
Vocare in ius.

Tempus iure dicendo consumpsit, *idem 34.*
lib. Liuius.

Exoleta reuocauit, aut noua instituit, *Suet. in*
Claud.

Romæ à iudicijs forum refrixerat, *Cicer. 1. ad*
Att.

Confurrectio Iudicum facta est, *ibid.*

Iudicum potestatem perpetuandam pu-
tant, *pro Sulla.*

Omnia quæcunque fecisset rata essent, *in*
Rullum.

LASCIVIA vide infra LIBIDO.

LABOR.

Vt ex labore se reficerent, *Cæs. lib. 4. bell. Gall.*

Curati cibo corpora quieti dant, *Liu. lib. 9.*

Priusquam cibo corpora firmauerit, *idem*
lib. 28.

LACRYMAE.

Vocem meam fletu debilitauit & mentem
dolore impediuit, *Liu.*

Cum mœrore & luctu morte grauiorem vi-
tam exigunt, *Sall. in Jug.*

Vicem suam conquestus est, & illacrymauit,
Suet. in Aug.

C 5

Lacry-

Lacrymis dolorem testabatur, *Tacitus 3. Ann-*
nalium.

In tantum es luctum detrusus, *Cicer. ad Qu-*
Frat. 2.

Lacrymas nobis natura mentis indices dedit,
quæ aut erumpunt dolore, aut lætitia ma-
nant, *Quintil. li. 11.*

L A U D E S R E R V M.

Laudum suarum vestigijs insistebat, *Liu. 5.*

Illum cera, argento, auro, ebore, marmore ef-
fingit, *1. Plin. li. 4.*

Enutritus bellicis laudibus pacem amas, *id.*
in Paneg. Traia.

Solidam perfectæ cumulataeque virtutis lau-
dem quærit, *Cic. pro Sextio.*

Hæc vrbs lux orbis terrarum, atque arx o-
mnium gentium, *idem 4. Catil.*

Honos alit artes, omnesque incenduntur
ad studia gloria, *1. Tuscul.*

Pendemus ex laude, atque hanc laboris nostri
ducimus summam, *Quintil. li. 4.*

L E C T V S. Etiam in Triclinijs.

In hospitium inuitat vtrumque; lecto eodem
accubere, *Liu. 28.*

Lectus eburneus auro & purpura stratus, *Suet.*
in Cæs.

Toro humili, & modice instrato cubuisse
ferunt, *idem in Aug.*

Profiliuit è lecto, *Suet. in Ner. Et:*

E stræ

E strato profiliret, *in Domit.*

Decubuit super lectum pallio instratum,
ibid in Ner.

Pugionem puluino subdidit, *idem in*
Othone.

Minor frater cum hoc eodem quiescebat le-
cto, *Plin. l. 3 Suræ.*

LEGES.

Leges ex integro sanxit, *Suet. in Aug.*

Lege iam in æs incisâ, *idem in Cæs.*

Leges vidit in æs incisas, *Liv. 3.*

Fœdus ictum his legibus, *idem li. 1.*

Legibus pactis, *Plaut. in Asinar.*

A Equa lege, *idem in Cistell.*

Id in ære incifum tradiderunt, *Cicer. 6. in*
Verr.

Consulibus legem curiatam ferentibus à
Tribuno Plebe sæpe intercessum, *In*
Rullum

Fundata legibus ciuitas, *Plin. in paneg.*

LIBERALITAS.

Laudis auidi, pecuniæ liberales erant, *Sall. in*
Catil.

Munus populo & epulum in filie memoriam
dedit, *Suet. Cæs.*

In equites vicena quaterna millia num-
mum dedit, *ibid.*

Effusè in ludos liberalis fuit, *ibid.*

Symphoniacos sex amico Romam muneri
misit, *Cic. Verr. 7.*

C 6

Annos

Annuos sumptus in alimenta ingenuorum pollicebamus, *Plin. l. 1 ad Saturn.*

L I B I D O.

Victrix libido obstinatum superat pudicitiam, *Liu. 1.*

Poenus se in voluptates eversit, *Liu. lib. 23.*

Sic *Plautus Menech.* Immergit se aliquo in Ganem.

Qui in omnem libidinem venalis habebatur, *idem Liu.*

Iuvenes in Venerem effusi, *Liu. 29.*

Quem inhonesta & perniciofa tenet libido, *Sall. in Jug.*

Pronum in libidines fuisse constans est opinio, *Suet. in Cæs.*

Libidinis in foeminas profusissime, *idem in Claudi.*

E libidinibus nihil omittebat, *Tac. 5. Annalium.*

Vt est vulgus cupiens voluptatum, *idem lib. 14.*

Solutis in lasciviam animis, *idem 19. Annalium.*

Flagrabant apud illum vitia libidinis, *Cicer. pro Cæl.*

Helluoni spurcissimo, prægustatori libidinum, *Cic. pro Dom.*

Nefarias eius in stupris libidines commemorare pudore deterreo, *Verr. 2.*

Quot, quibusque cum mulieribus consueverit,

uerit,

uerit, *idem Verr. 7.*

LITTERAE MISSAE, & Epistolæ.

Litteræ mihi Romæ allatæ sunt, *Cicer. 4. ad Attic.*

Is mihi literas à te reddidit, *ibid. li. II.*

Perfolui primæ epistolæ: venio ad secundam, *li. 2. ad Att.*

Nos in limum incidimus, litteras legimus, *orat. 3. in Catil.*

Obsignata iam epistola quam de nocte daturus eram, *8. ad Att.*

Has ei litteras dedi, quibus ad eas scripsi quas acceperam, *6. Att.*

Adductus sum tuis viuis & alteris litteris, *14 Att.*

Epistolam eram elucubratus, *7 ad Att.*

Facere certiorein (non Reddere. vt vulgo) per litteras, *Cicero L. Muioli I.*

LITÆS.

Litibus superſedeat familia, *Suadet Cato de re Rustica.*

Non possum magis pedem, vt aiunt, conferre, aut propius accedere, *Cic. pro Planc.*

Nepos auum in capitis discrimen adduxit, *pro Deiot.*

Rem in medium vocare cæperunt, *idem pro Cluent.*

Eares in discrimen versatur, *pro Quint.*

Cum eo magna Academię nostræ rixa est. *id. ad Petum.*

C. 7/

Di-

Dilata est causa alio Senatu, *Plinius lib. 5. ad Valer.*

His erat inter se de principatu contētio, *Cæs. 3. bell Gall.*

Vtunque res habet triumpho fraudor, *Liuius lib. 37.*

Cum quibus æternum discordant, *Tacitus 12. Annal.*

LOCARE & LOCATIO.

Conduxit in palatio non magnam domum, *Cic. pro Cæl.*

Is ager à censoribus locari solet, *Verr. 5.*

Vectigalia locare nusquam licet, *idem in Rullum.*

LOCVS & SITVS.

Belgæ spectant in septentrionem & ortum Solis, *Cæs. 1. bel. Gal.*

In oppidum natura munitum sua omnia contulerunt, *li. 2.*

Vna ex parte leniter accliuus aditus, *ibid.*

Locum nacti egregie & natura & opere munitum, *lib. 5.*

Vt non amplius digitis quattuor ex terra emineret, *li. 7.*

Quam in longitudinem tria millia passuum patere demonstrauius, *ibid.*

Iugum eminens in mare vtraque ex parte præruptum, *idem 2. bel. Civil.*

Locum paulo editiorem cepere, *Sall. in Ing.*

Erat

Erat mons saxeus, mediocri castello satis patens, &c. præceps erat, *ibid.*

Flumen Muthul à quo mons aberat millia ferme viginti &c. vestitus oleastro ac myrthis, alijsque generibus arborū, *ibid.*

Duxit viam in leniter editum collem, *Liuius lib. 2.*

Mons incisus vndique rupibus præceps, *ibid.*

Urbe portus ipse cingitur, *idem l. 33.*

Oppidum in mare expositum, *idem l. 34.*

Emissus in mare collis, *li. 37.*

Viginti millia passuum in circuitu patens, *ibid.*

Sinus molliter inflexus, *ibid.*

Cogit ac rotundat se, terrisque adnexus apparet, *ibi.*

Ipse Tanais à Riphæo monte deiectus, *ibi.*

Regio in latum patens ac inter pontum paludemque &c. *ibid.*

Qua Tuscus ager Romano adiacet, *ibid.*

Panditur tanquam nacti maris planities, quam oculis terminare nequeas, *ibid.*

Ager in ventum Fauonium spectans, *M. Cato de re Rust.*

Campester locus, qui in vnam partem vergit, *Varr. 1. rei Rust.*

Patet circuitu ad bis & tricies centum millia passuum, *Suet. in Cæs.*

Montosa, & fauoris suorū regio, *Cic. pro Plane.*

Posita

Posita in angustijs ac faucibus Græciæ, in
Rullum.

Sic, ut terra claustra locorum teneret,
ibid.

Duo maria pertenui discrimine separan-
tur, *ibid.*

A Etna loco est præcelso atque edito, 6 in
Verr.

Rhenus multis capitibus in mare influit.
Modicus collis assurgit, antiqua cu-
pressu nemorosus & opacus, *Plin. li. 9.*
ad Rom.

Lata planities montibus cingitur, montes
summa sui parte nemora habent, *idem:*
li. 5. ad Aposton. Epist.

Meridiem spectat areola, quæ quattuor
platanis inumbratur &c. *ibid.*

LOCUS MUTATIO, seu PROFECTIO.

Brevissimus ibi in Britanniam traiectus, *Cæs.*
4. bell. Gall.

Ne legatos Iugurthæ mœnibus recipi patia-
tur, *Sall. in Jug.*

Res Albana in Romanum celsit imperium,
Li. 1.

Locum ex quo excesserant repetunt, *lib. 3.*

Scio vos celsisse possessione, *li. 4.*

Ut auerteret Capua Annibalem Consul, *idem:*
lib. 25.

A Rhodo in Asiam transit, *Suetonius in Cæ-*
sare.

Opti-

Optima quæque in paruos libros conferre
iussit, *ibid.*

Virutes in vitia flexit, *idem in Domit.*

Sanxit edicto ne aurum ex Asia exportare li-
ceret, *Cic. pro Flacco.*

In fame frumentum exportare erat ausus,
ibid.

Nescio quo pacto de manibus elabitur,
ibid.

Arma Tiberi in villam deiecta, *pro Mil.*

Quos libros Africanus de manibus pone-
re non solebat, *idem ad Q. Frat.*

Carthaginem sunt ex illo deportata, *6. in
Verr.*

MAGISTRATUS.

Magistratum ingressus, *Sall. in Jug.*

Ab eo magistratu alium post alium sibi
peperit, *ibid.*

Nihilo melius militiæ quam domi res admi-
nistrata, *Liu. li. 3.*

Fundato iam plebis statu, *ibid.*

Designati Coss. Romam accersiti magi-
stratum inierunt, *id lib 15.*

Consulare munus sustinebat, *Cicer. ad Fa-
mil. 10.*

Quinquies istum ciuitatibus imperasse re-
perietis, *5. in Verr.*

Prouinciam cum imperio tenebat, *7. in
Verr.*

Omnes potestates, imperia à populo
Rom.

Rom. proficisci, *in Rullum.*

Maiore fauore adeptus est quam gessit imperium, *Suet.*

Magistratus in plures annos ordinauit, *id.*
in Cæs.

Ambo administratione Reipubl. submoti,
ibid.

Prouinciæ præfuit non minore iustitia,
quam fortitudine, *in Aug.*

Iurisdictionem per prouincias potestati-
bus demandant, *idem in Claud.*

Sæpenumero Patres Conscripti in hoc ordine
interfui, *Tac. 12. Annal.*

M A R E .

Freto diuisi ab Hispania Afri, *Sallustius in Iu-
gurth.*

Vbi mare ventis sæuire coepit, *ibid.*

Piscis è mari exiuit & ad pedes iacuit, *Suet. in
Aug.*

Amiſſis naufragio rebus, *idem in Ner.*

Oſſa & reliquias mari merſit, *in Domit.*

Pulſo introſus freto breuia littorum nudan-
tur, *Tac. 5. Annal.*

Sinus, promontoria, littora, inſulas, vrbes
maritimas clauſtris Imperij noſtri conti-
neri, *Cic pro Flacco.*

Nihil tam capax fortuitorū, quā mare, *ibi.*

M A T R I M O N I U M, vide V X O R.

Ducta in matrimonium Tanaquil ſummo
loco nata, *Liu. li. 1.*

P. Quin-

HISTORICAE.

P. Quinctij consobrinam habet in matrimonio Næuius, *Cic pro Quinctio.*

MEMORIA & OBLIVIO.

Quas res memoria teneo, *Cæs. bel. Gall.*

Quæ animo ac mente agitavi, iam à me audiistis, *Sall in Catil.*

Annibal memoria exciderat, *Liu. 29.*

Quæ in æternam sacrata sunt memoriam, *idem l. 37.*

Mihi plane excidisse intelligo, *Plant.*

Vnum in mente est mihi, *idem in Bacchid.*

Redeo in memoriam & regredior, *idem in Capt.*

Vt memoriam prope intermortuam generis sui renouaret, *Cic. pro Mur.*

Non possum omnia istius facta memoria consequi, *6 in Verr.*

Memoria teneo, memoriter respondebo, *idem in Vatin.*

Repete illius temporis memoriam, & pone ante oculos illum diem, *pro Deiot.*

Quid in vtramque partem mihi in mentē veniat breui explicabo, *l. 8. ad Att.*

MENSIS.

Vixdum mense transacto, *Suet. in Vitell.*

Agnus non minor quinque mensium, *Varr. 2. de re Rust.*

MERCATURA.

Nullum ad eos aditum esse mercatoribus, *Cæs. 2. bell. Gall.*

Nauis

Nauibus magnis mercaturam faciam, *Plaut. Rud.*

Mercatura quaestuosus, *Cic. in Rulliana.*

M E R E T R I X.

Feminis ibi solenne est stupris patere, *Liv. lib. 37.*

Huic mulieri cuncta alia honesta fuerunt, praeter animum, *Tac. 13. Annal.*

M I S E R I A.

Expertus sum, parum fidei miseris est, *Sallust. Jugurt.*

In tanta mala praecipitatus rerum humanarum spectaculum praebeco, *ibid.*

Seruis manu missis, & ad remum datis, *Suet. in Aug.*

Per annos quadraginta non cultu, nisi lugubri, non animo nisi moesto egit, *Tacit. 3. Annal.*

Omnia honoris nominisque insignia, atque ornamentum, vnus iudicij calamitate occiderunt, *Cic. pro Sulla.*

Quam cito omnia ex laetitia ac voluptate ad luctum & lacrymas reciderunt, *ibid.*

Tot spes, tot gaudia, dies vnus in aduersa conuertit, *Plin l. 9. ad Marcel.*

M O D E S T I A & T E M P E R A N T I A.

Vini natura parcissimus erat, *Suetonius in August.*

Vix

Vix actibus honestis pudor retinetur, nedum
inter certamina vitiorum Pudicitia, aut
Modestia, *Tac. 14. Annal.*

Quo plebs modestiæ admoneretur, *id. l. 20.*

Cum arcus, cum trophæa, cum statuas depre-
caris, tribuenda est verecundiæ tuæ venia,
Plin in Paneg Traian.

Quantum abes à turpitudine, tātum te à ver-
borum libertate seiunge, *Cic pro Cæl.*

Huic opinioni, neque omnino accedo, neq;
plane dissentio, *Quintil. li. 1.*

MORBI.

Erat infirma valetudine, *Cic. pro Cluent.*

Inualetudo tua me valde conturbat, *7. ad
Attic.*

De Atticæ febricula valde dolui, *12. ad Att.*

Q. Sceuola confectus senectute, præpedi-
tus morbo, mancus & membris om-
nibus captus &c. *Cic. pro C. Rabir.*

E graui morbo recreati sunt, qui nunquā
ægro corpore fuerunt, *post redit.*

Cum febrī domum redijt, *li 3 de Orat.*

Cœpit laborare ex pedibus, *li 9 ad Fam.*

Antonius pedibus æger, *Sall in Catil.*

Podagrosis est pedibus, *Plaut in Mercat.*

Morbus eum inuasit grauis, *id. in Asin.*

Massilientes graui pestilentia conflictati, *Cæs.
de bell Civili.*

Vis morbi humanis non leuabatur consilijs,
Lucret. li. 7.

Anni-

Annibal æger oculis ex verna intemperie,
idem li. 22.

Vis morbi corpus inuasit, *idem li. 28.*

Correptus valetudine lectica cubans, *Suet. in Aug.*

In grauiorem recidit morbum, *in Tiber.*

Incidit in aduersam valetudinem, *in Calig.*

Cum subita ei, nec adeo grauis valetudo incidisset, *id. in Galba.*

Sive ex æstu, sive ex labore febrem habet, *Var. de re Rust.*

Nero æger valetudine, *Tac 14 Annal.*

Stetit sanguis, resedit dolor, nos solliciti medici diligentes, *Plin. l. 9.*

MORS ETIAM VIOLENTA &
STRAGES.

Carthago æmula Imperij nostri à stirpe interijt, *Sall. in Cat.*

Egregius adolescens, immoderatæ fortitudinis, morte pœnas dedit, *ibid.*

Boni iuxta malique, strenui & imbelles multi obtruncati, *in Jug.*

Vnde minime decuit vita erepta est, *ibid.*

Romanorum minus mille interfecti sunt, *Liu 23.*

Caput præcisum templo intulerunt, *ibid.*

Haud procul defuit quin interficeretur, socij atque amici fame necati, *li. 25.*

Percussorum nemo triennio superuixit, *Suet. in Caf.*

Inter-

Intercepisse veneno Iudicem creditur,
Vitam ægritudine animi finiuit, *Tac. 5.*

L. Piso fato obiit, *ibid.*

Cæsa sunt ad quatuor millia hominum,
idem 17.

Intercisis venis mortem approperat, *idem*
l. 16. Annal.

Cæsa hostium ad decem millia, *Id. in vita*
Agric.

Lucifne hanc vsuram eripere vis? *Cic. pro Sulla.*

Venenum potuit in venas atque in omnes
partes corporis permanare, *pro Cluent.*

Ad summum quatruido periturum, *pro*
Milon.

MORS NATURALIS, seu OBITVS.

Fratribus morbo absumptus, *Sall. Jug.*

Vim morbi Bibulus sustinere non potuit,
Cæs 3

Sine voce & prope intermortuus iacuit, *Suet.*
in Nero.

Diem obiit superstibus vxore, & duobus
ex ea liberis, *in Vespas.*

Obiit Nolæ in domo & cubiculo quo pater e-
ius Octavius, *Tac. l. Annal.*

Sabinus vita concessit modicas origenis,
idem li 5.

Creditus est mortalitatem expleuisse, *ibid.*

Habitus corporis quiescenti, quam defuncto
similior, *Plin ad Tac.*

Mors æquo animo oppetēda fuit, *Cic. pro Sext.*
Natu-

Naturam ipsam expleuit viuendi satieta-
te, *pro M. Marcell.*

NATI SVMMO LOCO. vide & mox
NOBILITAS.

Adolescentes non tenui loco orti, *Liu. li. 2.*

Ego prouinciali loco ortus proceribus annu-
meror, *Corn Tac. 14. Annal.*

Femina splendide nata, *Plin li. 6. ad Rom.*

Natus est parente, homine sapiente & seueto
Cic. pro Sextio.

In amplissima ciuitate amplissimo loco
natus, *7. Ferrina.*

NATI HVMI LI LOCO.

Homo loco obscuro, tenuique ortus fortuna,
Liu. l. 26.

Obscuris parentibus, foeda pueritia, impudi-
ca senecta, *Tac. 17. Annal.*

Si quis ignobili loco natus, *Cic. pro Cluent.*

Homo non modo nobis, sed ne inter suos
quidem notus, *idem pro Flacc.*

Natus sordidis aedibus, cubiculo perparuo &
obscuro, *Suet. in Tito*

NATVRA.

Hoc est natura insitum, *Cic. pro Sulla.* id est, Ita
est à natura comparatum.

In ipsa natura positum ac fixum est, *pro Cla.*
& pro Mil.

Exiguam nobis vitæ curriculū natura cir-
cumscripsit, immensum gloriæ, *pro Ros.*
Nouum

Nouum sibi ingenium induerat, *Liu. l. 3.*
 Te bona ac frugi natura arbitror, *Plautus in*
Mercut.

NAVIS DISCEDENS.

Pompeius sub noctem nauem soluit, *Cæs. l.*
bell. Ciuil.

Temporis puncto sublatis anchoris, *ibid.*
lib. 2.

Nactus idoneam ad nauigandum tempe-
 statem tertia fere vigilia soluit, *idem*
lib. 3.

Nouies ex superiori portu leni vento sol-
 uerunt, *ibid. li. 4.*

Cum ab Corintho soluerent naues, *Liuus li-*
bro 31.

E portu in altum euectus, *idem 37.*

Vento secundo è conspectu terræ ablati,
lib. 39.

Interea nauis portu soluitur, *Plaut. in Bacchid.*
 Quadriremis iam euolarat è conspectu.

NAVIS ONERARIA.

Portus in faucibus nauem onerariam sub-
 mersam obiecit, *Cæs. 3.*

Nouos milites in naues imposuit, *Liu 29.*

Naues onerariæ Saburra grauatae, *idem 37.*

Nox illa tota naui exinanienda consumitur,
Cic. Verr.

Signa antiquissima in onerariam suam
 conijcienda curauit. *idem 3. Verrina.*

D

Nauis

Nauis mercatoria, *Plant. Bacchid.*

NAVIS AD ANCHORAM STANS.

Nauiculam ad ripam deligatam nactus ea profugit, *Cæs. lib. 1*

Nostros nauibus egredi prohibebant, *idem lib. 4.*

Ad anchoras deligatæ naues, *ibid.*

Classis ad anchoram stare non poterat, quæ littori appulsa est, *Liu. 25.*

Vela contrahit malosque inclinat, *Liu. 36.*

Nauem in anchora percussit, *idem l. 37.*

Egressus è nauis, accepi tuas litteras, *Cic. 14. ad. Attic.*

NAVIS PRAELIANS.

Nauis celeriter pugna excefferant, *Cæs. 2. bel. Civil.*

Omni ora maritima classem disposuerat, *idem l. 3.*

Omni bus nauibus ad vnam incolumibus, *ibid.*

Nauis ex robore ad quamuis vim, & contumeliam perferendam, *ibid.*

Classis legionem Paenormi exposuit, *Liuius lib. 24.*

Classis prædatoria & nauis speculativa, *idem l. 29.*

Tria millia militum in eam classem conscripserunt, *Liu l. 29.*

Classes vnde quaque concurrerunt, *id. l. 36.*

Disciplina naualis ad nostram memoriam & gloria

Bre
App
N
P
Ad
li
S
Rai
te
A
M
C
Rem
I
Cum
S
Nix
L
A
Hic
C

HISTORICAE.

71

gloria remansit, *Cicer. pro L. Manil.*

NAVIS ad portum festinans.

Breui deinde Vticam appulsi, *Sall. in Jug.*

Appellitur navis Syracusas, *Cic. 7. in Verr.*

Navis erat incredibili celeritate, &c. *ibid.*

Parva nauicula in Africam traiectus, *Cicer. post redit.*

Ad eum locum, qui appellatur Pharsalia, milites exposuit, *Cæs. li 3. bell. Civil.*

Submersam nauem remulco abduxit, *ibid.*

Ratem à terra in amnem protraxere hinc altera copulata est, *Liu. l. 21.*

Ad Iunonis templū in terram egressi sunt, *idem l. 23.*

Mercatoribus naues ad littora appellentibus, *idem l. 29.*

Classem in portum appulere, *ibid.*

Remulco naues trahere, *Liu l. 33.*

In Erythraeam classem applicuerunt, *idem lib. 37.*

Cum Puteolos naui oneraria appulissent, *Suet. in Tito.*

NIX & AQUA IMBRIVM.

Nix raro minus quattuor pedes alta iacuit, *Liu. 2.*

Aiebat in Piseno lapidibus pluuisse, *ibid.*

NOBILITAS.

Hic summa nobilitate & gratia inter suos, *Cæs. 2. bell. Gall.*

D 2

Piso

Piso M. Crasso ex Scribonia genitus, vtrimq;
nobilis, *Tac. 17. Annal.*

Homo existimatione & nobilitate facile
princeps, *Cic. pro Dom.*

Hiraclius, homo in primis domi suæ no-
bilis, *idem 4. in Verr.*

Ex Annalium vetustate eruenda est me-
moria nobilitatis tuæ, *pro Marcell*

N O X.

Nocte ad Neruios peruenerunt, *Cæs. 2. bell.*
Gall.

De media nocte cohortes sexaginta, ad eã
partem munitionum ducit, *lib. 3.*

Prospectu tenebris adempto, *lib. 7.*

Paulo ante mediam noctem silentio ex
oppido egressi, *ibid.*

Sed vbi plerumque noctis præcesserat, *Sallust.*
in Jug.

Cælum obscurum nubibus, atque noctu
periculum anceps, *ibid.*

Intempesta nocte de improviso castra cir-
cumuenit, *ibid.*

Nocte ab vtroque in castra reditum, *Liuius li-*
bro 9.

Multa nocte cum Vibullio veni ad Pompe-
ium, *Cic. ad Q. Frat.*

Ad multam noctem ibi permansit, *Suetonius*
in Aug.

N V N C I I.

Eo nuncio erecti Patres, *Lin. 1. 2.*

Quod

Quod vbi Romam nuntiatum est, *idem li-
bro 4.*

Vt sibi concilium totius Galliae in certam
diem indicerent, *Cæs. 1.*

His rebus in Italiam Cæsari nuntiatis, *idem
lib. 7.*

Res ab omni conuentu cognita celeriter do-
mum nunciatur, *Cic. 4. in Verr.*

Vrgentibus alijs super alios nuntijs Romam
rediit, *Suet. in Nerone.*

O B S T I N A T V S.

Fixum destinatumque in animo erat, *Liuius
lib. 21.*

Obstinauerant animis vincere, *idem li-
bro 23.*

Affuetudine mali efferauerat animos, *idem
lib. 25.*

O B V I V S.

Quirites, Pater Urbis hodierna luce caelo re-
pente delapsus, se mihi obuiam dedit, *Liui.
lib. 1.*

Cum mater nato est obuia facta suo, *Ouid. 2.
Fastor.*

O C V L I.

Terret oculos, qui quocunque inciderint &c.
Liui & Cic.

Excludito mihi oculum si dedero, *Suetonius
in Ner.*

Oculis ille vir obuersabatur, *id. in Vitell.*

Notat ac designat oculis ad cædem vnum-
quemque nostrum, *Cic. in Catil.*

Illo supercilio niti Respublic. tanquam
Atlantis humeris cælum videtur, *pro*
Sextio.

Filium habuit altero captum oculo, *Plaut. in*
Pseud.

Oculorum & vitæ periculum adiit, *in Ca-*
sina.

Oculatæ nostræ sunt manus, credunt quod
vident, *idem.*

O D I V M.

Auia pro despectissimo temper eum habuit,
Suet in Claud.

Infensus Domitianus virtutibus & gloriæ vi-
ri, *Tac. in Agric. vit.*

Quanto in odio sumus apud exteras natio-
nes, *Cic. pro L. Manil.*

Hi mores vsque ad sanguinem incitare so-
lent odia, *idem pro Q. Lig.*

O N V S.

Qui mihi summum honorem, & maximum
laborem imposuisti, *Sall. in Iug.*

Onerat me spe præmiorum, *Liu. l. 35.*

Imponebat aliquanto amplius quam ferre
possent, *Cic. 6. in Verr.*

Qui onera extollere in iumenta possint, *Varr.*
2. rei Rust.

In te hoc onus omne impono, *Plautus in*
Bacch.

O R A -

ORATIO, & ORATOR.

Placuit verba ad Regem facere, *Sallustius in Jugurth.*

Frequenti foro & prætorio celebratus, *Liuius lib. 29*

Vnde coepit oratio ibi desinat, *idem libro 31.*

Ad populum est concionatus, *Suetonius in Aug.*

Ne incepto longius abeam, *Tacitus. Annal.*

Vt rem in pauca conferam, *Cic. pro Cæcin.*

Non sum tam ignarus causarum, non tam insolens in dicendo, *pro Sext.*

Aggrediar tamen ad dicendum, *ibid.*

Hæc omnis oratio est mihi cum his qui se patriæ &c. *ibid.*

Quæso à vobis, vt in hac causa mihi detis hanc veniam, *pro Archia.*

Emersit iam è vadis & scopulos præteruecta est oratio mea, *pro Cælio.*

Vt vnde est orsa, in eodem oratio mea terminetur, *pro M. Marcel.*

Simulamus nos quærere, vnde incipiendum, vbi desinendum, *Quintil. l. 9.*

Adeste animis, erigite mentes auresque vestras, *Cic. pro Sulla.*

Si quis Deus vestram ad me audiendum beneuolentiam conciliarit, aggrediar, *pro Cluent.*

Influit in aures multitudinis oratio, *Cic. in Catone.*

P A X.

Legatos ad Cæsarem de pace miserunt, *Cæs.*
2 *bell. Gall.* & *lib. 5.*

In maximam spem adductus recuperandę pa-
cis, *Sall. in Jug.*

Vt pacem terra marique habeat, *Liu. 37.*

Quietę ad id tempus res in Germania fuerāt,
Tac 3. Annal.

Quę spes sit pacificationis, *Cic. 7. ad Att.*

P A R S I M O N I A.

Cibus illis aduersus famem ac sitim, non li-
bidini atque luxurię, *Sal. Jug.*

Magnum vectigal parsimonia est, *Cicer. in*
parad.

Parsimoniam patrum sustentat, *pro Cælio.*

Frugalitas antiqua ad cœlum eos euexit,
Varr. 3. rei Rust.

Parsimonia & duritia disciplinę alijs erat,
Plaut. in Mostell.

P A T E R & P A T R I A.

Locus non est filio in fortem bonorum na-
to, *Liu. l. 1.*

Fuit nobis pueris huius pater Curius, *Cicer. pro*
Rab. Postumo.

A parentibus paruus sum procreatus; à vo-
bis natus factus consularis, *idem post re-*
ditum.

P A V P E R T A S.

Libido atque luxuria ex magnis rapinis nihil
illis

illis reliqui fecerant, *Sal. in Catil.*

Impositis ita magnis decumis, vt nihil ipsis
reliqui fieret, *Cic. 5. Verr.*

Difficultas tanta erat nummaria, *Suetonius in
Tiber.*

Omnia propter nummorum caritatem iace-
re puto, *Cic. 9. ad Att.*

Plus huius inopia ad misericordiam po-
test, quam illius opus ad crudelitatem,
idem pro Quinct.

Redigam ad egestatis terminos, *Plautus in:
Asinar.*

PECUNIA.

Pecunia ad necessarios sumptus erogata, *Cæs.
lid. 3.*

Quam pecuniæ summam prius dederat, *Liu.
lib. 1.*

Pecunia ex ærario prompta, *idem l. 5.*

Nummum argenteum nota fideris Capricor-
ni notauit, *Suet. in Aug.*

Pro eo præsentem tibi pecuniam solui impe-
raui, *Cic. 2. ad Att.*

Cui magnam dedimus pecuniam mutuam,
idem l. 11. ad Att.

Qui tibi eam pecuniam numerauit, *idem
in Verr.*

PIETAS.

Matres nihil aliud orabant, nisi vt filiorum
extremum spiritum excipere liceret, *Cic. 7.
in Verr.*

D 5;

Oscu-

Osculis mater quamcunque corporis partem
tepefecerat, *Quintil. in mag.*

Sunt qui ad omnium sanguinem palle-
fcant, sunt contra qui ne suorum qui-
dem misereantur, *idem in Gemin. langu.*

P O T E N T I A .

Necis vitæque in suos habet potestatem, *Cæs.*
1. bell. Gall.

Cum de potentatu multis inter se contē-
derent, *ibid.*

Præpotens terra marique Carthago, *Cicer. pro*
Balbo.

P E R I C U L U M .

Recidit rursus in discrimen, *Suet. in Cæs.*

Non sum nescius quanto in periculo viuam,
Cic. pro Sulla.

Si eris ab isto periculo vacuus, *ad Quintum*
Fratr.

Omnia illa esse nobis vacua ab omni peri-
culo, *idem in Pison.*

Salus fociorum summum in periculum, &
discrimen vocatur, *idem pro L. Man.*

P R A E M I U M .

Me opiparè muneratus est, *Cic. 1. ad Att.*

P R O C E R E S , P R I M O R E S , O P T I -
M A T E S , P R I M A R I I .

Liberi commeatus erant, primoribus magis
quàm militibus, *Liu. li. 1. ab V. C.*

Populi

Populi primarium fuisse virum, *Cicero in Cat. maiore & 2. de Finib. de Q. Colatino.*

Quod mihi primariam feminam Pompeiam uxorem tuam commendas, *idem lib. 5. Famil. ad Vatinius.*

PRODIGALITAS.

Id aurum in ludos consumis in vrbe Romana, *Liu. l. 37.*

Fructum diuitiarum profusionem putabat, *Suet in Nerone*

Brevi spatio relictas opes prodegit, *ibid.*

Exhaustus operum ac nummorum impensis, *idem in Domit.*

Prodigentia opum & mollitia vitæ Sciano amicus, *Tac. 5. Annal.*

Largus promissis, *idem l. 19.*

Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas abligurierunt &c. *Cic. 2. Catil.*

Quis tam perditus ac profusus nepos &c. *pro Quinctio.*

PRUDENTIA.

Prudentia tua nullius præcepta desiderat, *Cic. ad Q. Frat.*

Non sum adeo ætatum imprudens, *Quintil. lib. 1.*

Eruditus vtilia honestis miscere, *Tacitus Agric.*

Animorum prouinciæ prudens, *ibid.*

P U D O R.

In eam verecundiam adducti sunt, *Liuius*
lib. 1.

Verecundia victus dictatura abiit, *idem*
lib. 7.

Palam compositus pudor, intus summa ad-
piscendi cupido, *Tac. l. 4.*

P U N I T I O & P O E N A.

Adempto equo tribu mouerant, atque æra-
rium fecerant, *Liu. 2.*

Tradere ad supplicium, *idem.*

Quindecim millibus æris damnatur, *idem*
lib. 4.

Matronas stupri damnatas pecunia mul-
tauit, *idem li. 10.*

Verres vita ac factis omnium iam opinione
damnatus, *Cic 2. Verr.*

Producuntur & ad palum alligantur, *7.*
Verr.

In hominem honestissimum tam graui-
ter animaduerti non oportere, *ibid.*

De alea condemnatus, *Philipp. 2.*

Non multo post facti poenitens, *Suetonius*
Vitell.

Q U I E S & R E I P. T R A N Q U I L L I T A S.

Pauci dies ad requiem sumpti, *Tac. 19. Ann.*

Nec in longum quies militi data, *idem li-*
bro 20.

Vbi commodissime posset quieti sese re-
cipe-

cipere, *Varro 2 rei Rustic.*

Morantur dies paucos requiescendi causa,
idem li 3.

Abduco me ab omni rei p. cura, *Cicer 2. ad Qu.
Frat.*

Conquieuit à continuis bellis & victorijs,
idem pro Balbo.

RATIO.

Longe alia ratione bellum esse gerendum,
Cæs. l. 7.

Vix ratio iniri potest, *Liu. l. 29.*

Erustra mecum has rationes deputo, *Terent.
Adelph.*

Nunquam ita quisquam bene subducta ra-
tione ad vitam fuit, quin res, ætas, v-
sus, semper aliquid apportet noui,
ibid.

Cognosces rationes sumptuarias, *Cicer. 13.
Att.*

Rationes ad ærariū nō audet referre, *3. Ver.*

Rationem habere velis, & salutis, & digni-
tatis meæ, *Epist. ad Planc.*

REBELLIO.

Octavius Nissam à Cæsaris amicitia auertit.
Cæs. li. 3.

Ciues Romani ad Samnites defecerant, *Liu.
lib. 9.*

Fide socios dimouit, & concessit in tecta,
lib. 22.

Locrenses desciuere ad Pœnos, *li. 33.*

D 71

R E X.

R E X & R E C T O R.

Ad suum arbitrium imperare consueuisse, *Cæs.*

1. bell. Gall.

Quæ legatis in mandatis dederat, *ibid.*

Inter quos dominari consueissent, *lib. 2.*

Diuitiarum totius Galliæ potentissimum
Regem fuisse, *ibid.*

Quem Cæsar apud suos regem constitue-
rat, *lib. 5.*

Vnus omnia ad arbitrium administravit Iu-
lius, *Suet. in Cæs.*

*Non exercitus neq; thesauri præsidia regni
sunt, verum Amici, *Sall. Ing.*

Stipendio imposito imperium acceperunt,
Liu. li. 1.

Nemo vnquam imperium flagitio quæsitum
bonis artibus exercuit, *Tac li. 17.*

Mos regibus quoties in Societatem cocunt
implicare dexteras &c. *idem l. 12.*

Ptolemæus, vt sunt Regum ingenia, ad
formidinem pronus, *idem l. 20.*

Ad vnum omnes Numæ Pompilio regnum
deferendum decernunt, *Liu. li. 1.*

Tullum Hostilium regem populus iussit,

Ancum Marcium Regem populus creauit,
ibid.

Tanto consensu, quanto haud quisquam
alius ante, Rex declaratus. Et: Populus
eum regnare iussit, *ibid.*

R I S U S.

Risus indecens turpior ira, *Suet. in Claud.*

Nemo

Nemo risui temperare potuit, *Tac. l. 13.*

In quibusdam risum vix tenebam, *Cic. de clar. Orat.*

Ille timore, ego risu corruui, *2 ad Q. Frat.*

Ille mihi risum magis, quam stomachum mouere solet, *idem 6 ad Att.*

Qui risus hominum de te erat, *id. Philipp.*

SACRA & SACRIFICIA.

Sacrificium in posterum diem imperat, *Liui. lib. 1.*

Solutis religione animis, *idem l. 36.*

Præcepta ceremoniarum reuerentissime conluit, *Suet. in Aug.*

Ad rem diuinam Samijs vtuntur vasis, *Plaut. in Capt.*

Ad omnia puluinaria decreta supplicatio est, *Cic. 3. in Catil.*

Statas solemnesque ceremonias Etruscorum disciplina contineri, *de Arusp. resp.*

SAPIENTIA & SCIENTIA.

Consul nec animo deficit, nec consilio, *Liui. lib. 24.*

Providendum quis ad gubernacula sedeat, *ibid.*

Vrbs tuis consilijs, & institutis stabilita, *Cic. pro Marc.*

Circumspectus & sagax; interdum inconsultus ac præceps, *Suet. in Claud.*

SALVS.

Salute inuicem data, redditaque, *Liui. li. 3.*

Fuga:

Fuga salutem petere contendunt, *Cæs. li. 3.*
 Ne salus quidē saluti nobis esse potest, *Plaut.*
Mostell.

Ad Terentiam salutatum diuerterat, *Cicer.*
Att.

Obsecro Pyliæ salutem, *ibid. 12. Att.*

S E D E R E.

Eo tum statu res erat, *Cæs. li. 6.*

Ausus in sede mea confidere, *Liu li. 1.*

Vt propinqua loca insiderent, *id li. 9.*

Hoffis ad Vulturum flumen sedebat, *id.*
lib. 10.

Sospitam Rempubl. in sua sede sistere, *Suet.*
in Aug.

Abstrusus cella gestatoria duobus solis comitibus, *id. in Vitell.*

Omni tempore ad gubernacula Reip. sedere,
Cic. pro Rosc. Amm.

Sed me domo tenui, *Cic. pro Dom.*

Tuto confedimus, *5. Att.*

S E D I T I O.

Cum seditio ad faxā & minas ignium progressa esset, *Tac. l. 13.*

Si propter partium studium potens erat Alphenus, *Cic. pro Quinct.*

Coniuratio è latebris atque tenebris erupit, *id. pro Sext.*

S E N A T V S.

Extra urbem in Apollinis æde senatus datus,
Liu. 34.

Eodem.

Eodem die quo Senatus est dimissus, *Quintil. li. 4.*

SERVI & SERVITVS,

Ne in seruiturem se Romanis traderent, rogabant, *Cæs. 1. bell Gall.*

Plerique in seruitutem se dicant nobilibus *id. li. 6.*

Imus in aleam duram seruitutis & libertatis, *Liu. li. 1.*

Virginem in seruitutem asseruit, *idem lib. 3.*

Cum essent animi seruatorum & spe, & metuentati, *Cic. pro Cluent.*

Serui moribus iisdem quibus Dominus, *5. in Verr.*

SOL.

Solis occasu copias suas in castra reduxit, *Cæs. 1.*

Sol præceps in occasum erat, *Liu. 9.*

Depulsa sole nebula aperuit diem, *id. 26.*

Sub ortum fere Solis, *id. lib. 27.*

Sol mihi excedere è mundo videtur, *Cicer. 9. Att.*

SOLVERE.

Vrbs quæ bina millia æris in singulos annos penderet, *Liu. li. 1.*

In singulos annos vectigal pendeat, *id. lib. 8.*

In singula capita seruatorum tributum imponere-

ponebatur, *Cæs. libro 4.*

Hæc dies argento præstituta, *Plaut. Pseud.*

Erat soluendum de meo, *Plinius libro 2. ad
Catu.*

Quantum tu scripseras, tantundem solutum
est, *Cic. ad Q. Frat.*

Fit, sæpe, ut hi qui debent, non respondeant
ad tempus, *lib. 6. Att.*

Ex qua pensione maior pars est eis soluta
ante tempus, *ibid.*

Fruementum, quod debebat, non ad diem
dedit, *4. Verr.*

S O M N U S.

Tribus horis noctis exercitui ad quietem da-
tis, *Cæs. l. 7.*

Quies neque molli strato, neque silentio ac-
cessita, *Liu. l. 30.*

Paucis horis ad quietem datis, *idem li. 34.*

Humi accubuit ac sub diuo, *Suet. in Cæs.*

Opposita ad oculos manu conquiescebat, *id.
in Aug.*

Altissimo somno quieuit, *idem in Othon.*

Nullam partem noctis requieuit, *Cic. pro
Rosc Amer.*

*Pater familias primus cubitu surgat, po-
stremus cubitum eat, *Cato de re Rust.*

S P E C T A C U L A.

Spectaculo plurimas horas, aliquando totos
dies aderat, *Suet. in Aug.*

Com-

Complura edidit spectacula ex antiquitate repetita, *idem in Claud.*

SPES & DESPERATIO.

Magnam in spem venerat fore vti pertinacia desisteret, *Cæs. lib. 1.*

Hic diffusus suæ atque omnium salutis, *id. lib. 6.*

Galli omni salute desperata, *idem l. 7.*

In spem tandem auxiliij venerunt, *ibid.*

Vt spem in perpetuum amitterent, *Liu. li. 1.*

Incisa spe reditus, cædibus temperatum est, *idem l. 2.*

In quo aliquanto plus spei repositum, *ibid. lib. 2.*

Nec spe nec viribus pares in periculum veniunt, *l. 3.*

De rebus desperasti, *idem l. 7.*

In Africam spem extendunt, *Liu. 24.*

Animis in spem erectis, *li. 29.*

Refecta tandem spe castra propius hostem mouit, *idem l. 3.*

Spe vndique abscissa, *li. 14.*

Cum spem reditus vndique præciderent, *ibid.*

Ab illa spe decidimus, *li. 37.*

Eorum fiducia in spem regni venerat, *ibid.*

Spe decidit, *Suet. in Othone.*

Maiorem ad spem accingi illum dicebant, *Tac. lib. 11.*

Præmia & quies in posterum sperabantur, *idem li. 31.*

Quam

Quam in spem me vocas? *Cic 3 Att.*

Desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam, *16. ad Att.*

Bene de Republ. sperandum, *idem pro M. Marc.*

His de causis in maximam spem adducor, *Pl. li. 4 ad Hiss.*

S T A T V S.

Peroportunè ad præsentis quietem status, bellum cum Veientibus sumptum, *Linus libro 1.*

S T V D I V M.

Non leui studio Græcarum litterarum tenebatur, *Suet in Aug.*

Ego ipse non abhorrens à studio Antiquitatis, *Cic pro Planc.*

Pictores quidam in id solum student, *Quintil. l. 10.*

S V P E R B I A.

Quam rem alij in superbiam vertebant, *Sall. Jugurt.*

Postquam filiū peperit animos sustulit, *Plaut. in Trucul.*

Videtur ut hominem præ se putet neminem, *Cic. pro Rosc. Amm.*

Rerum successibus elatus, *Suetonius in Nerone.*

Secunda fortuna ad superbiam prolapsus, *Tacit. li. 11.*

Lucu-

Lucumoni omnium hæredi bonorum diuitiæ iam animos fecerant, *Liu. lib. 1. in Anco Martio*

SUPPLICARE,

Cæsari sese omnes ad pedes proiecerunt, *Cæs. lib. 1.*

Iussi cum liberis supplicatum ire, *Linus libro 3.*

Misericordiam Patribus mouerat, *idem lib. 23.*

Matronæ in publicum effusæ, nixæque genibus, *id. li. 26.*

Massinissæ pedibus aduoluta foemina, *ibid.*

Impensissimis precibus impetrauit, *Sueton. in Tiber.*

Precibus & igne puro Veneris altaria adolentur, *Tac. li. 17.*

Sæpe & diu ad pedes stratus iacuit, *Cicer. pro Quint.*

Mihi ad pedes misera iacuit, *7. Verr.*

Non deprecarer supplicium sed præmium postularem, *pro Rosc. Amm.*

Peto ad te, vel omnibus precibus oro obtestorque, *9. Att.*

Maiore studio, magisque ex animo rogare non possum, *15. Att. & Q. Fra.*

TEMPVS.

In tempore subsidium venerat, *Linus libro 2.*

Pun-

*Puncto temporis rerum momenta vertuntur, *idem* l. 3.

Momento temporis hostes dissipasset, *ibi*.
Ut in reliquum tempus omnes vitet suspiciones, *Cæs. li 1.*

Retentis ultra iustum temporis insignibus,
Suet. in Tib.

A Etate iam adulta, *Tac. li. 2.*

Ne momento quidem temporis voluptates intermisisse, *id. li. 19.*

Ille iterum, ille tertio factis auctionib⁹ pecuniam dedit, *Cic. pro Deiot.*

In comitium Milo de nocte venit, *idem ad Attic.*

T E R R A .

Domi militiaeque, terra marique, *Cic. pro leg. Manil.*

Terra cuiusmodi sit, magni refert, *Varro 1. rei Rust.*

T E S T E S .

Quid ego illum voco ad testimonium, *Varro 1. rei Rust.*

Vnum se esse, qui adduci non potuerit ut iuraret, *Cæs 1. bel. Gall.*

Dato iureiurando ab omnibus qui aderant,
idem l 7.

Cui si aram tenens iuraret, crederet nemo, *Ci. in Vat.*

Sibi bene gestae rei Pompeius, mihi conservatae Reip. dat testimonium, *li. 1. ad Att.*

Paulus

Paulus noster, cum testis productus esset in
Sextium, *ad Q Frat*
Regem Romanum Deos facere testes. Et: Io-
uem testem facit, *Liu. l. 1.*
Sic *Plautus Capt.* Id vt scias, supremum Io-
uem testem do.

TESTAMENTVM.

Totis castris testamenta obsignabantur, *Cæs.*
1 bell. Gall.

A M. Gallio testamento adoptatus, *Suet. in*
Tib.

Testamentum in alias tabulas transcriptum
obsignauit, *Cic. pro Cluent.*

Neque hic in testamento faciendo inter-
fuit, *ibid.*

Digito legata deleuit, ne lituris coargui
posset, *ibid.*

Vxori grande argenti pondus legauit,
ibid.

Testamento fecit heredem filium, *3. Verr.*
Lege hereditas ad gentem Minutiam ve-
niebat, *ibid.*

TIMOR.

Metu Italia omnis contremuerat, *Sallustius in*
Iugurth.

Ad minores calamitates animos submitunt,
Liu l. 23.

Menapij omnes in densissimas sylvas se abdi-
derant, *Cæs. 4.*

Delea-

Deleatis ex animo suspicionē omnem, metumque tollatis, *Cic pro Rosc. Amm.*

Minis commotos rem ad eorum libidinē iudicasse, *pro M. Font.*

Dubiam noctem spe metuque exegimus, sed metus prævaluit, *Plin. 6. ad Tac.*

T R I U M P H I.

Porcius Cato ex Hispania triumphavit, *Liv. lib. 34.*

Ages victor ex inimicorum dolore iustissimum triumphum, *Cicer. 1. ad Appium.*

Tot habuit triumphos, quot oræ sunt partesque orbis terrarum, *idem pro Balbo.*

Roma ipsa conuulsa prope sedibus suis procedere visa est, *in Pisonem,*

V A S A.

Sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse, *Sall Catil.*

Vas ederacium vinum non continet, *Cato de re Rust.*

V E R I T A S.

Neque abhorret à vero, *Tac. lib. 21.*

A veritate, *Suet in Calig.*

Pro certo hoc vobis polliceor, neque confirmo, *Cic. in Rullum.*

V I C T O R I A.

Multorum sanguine ea victoria stetit, *Linus lib. 21.*

Vtrif-

HISTORICAE.



Vtrisque necessitas in loco, spes in virtute, salus ex victoria, *Tac. l. 7.*

Gens Iudæorum victa est, & elocata, *Cic. pro Flacco.*

VINVM.

Vini cibiq̄ue appetentissimus, *Suet. in Claud.*

Vinum seruare in vetustatem, *Cato de re Rust.*

Veterrima vina, vt ea quæ vetustatem ferunt, esse debent suauissima, *Cic. in Lelio.*

Vini anhelitus, frons calamistræ torta vestigijs, *idem post redit.*

VIRTVS.

Cur de sua virtute desperaret, *Cæs. lib. 1. bell. Gall.*

Qui maximam virtutis opinionem habebant, *Cæs. lib. 7.*

Nil, præterquam de virtute, loquebatur, *Lin. lib. 2.*

Locum eximium virtute cepisti, *idem lib. 7.*

Quos fortuna potius quam virtus deserbat, *Tac. li. 2.*

In quo vno ita summa fortuna cum summa virtute certauit, *Cic. Balb.*

De Marco Catone in omni virtute principe, *idem pro Planc.*

Sitientem me virtutis tuæ deseruisti, *ibid.*

ULTIO & VINDICTA.

Rex ire ultum volens, pro vlcisci, *Tac. 15. Ann.*

E

Nero

Nero contumelias vltum ibat, *idem lib. 17.*

VIGILIAE.

Vigilias in turribus muroque disposuit, *Cæs. de bell. Civil.*

Excubias per urbem indixit, *Suet. in Aug.*

De nocte vigilabat, *id. in Vesp.*

Vigilas tu de nocte, *Cic. pro Mure.*

VULNERA.

Cum crebro integri fessis succederent, *Cæs. l. 7*

Prolapsa in vulnus animam efflauit, *Liu. l. 1.*

Vulneribus inuicē acceptis corruū, *Liu. l. 2*

Perfractus capite acie excessit, *id. l. 4.*

Cum integri faucijs, viui mortuis cumu-
larentur, *Liu. li. 14.*

Raro in scutis hærebant tela, *id. l. 34.*

Transfixus femore humeroque, *Suet. in Cæs.*

Iactum lapidis genu, sagittas scuto exce-
pit, *id. in Vesp.*

Post multum vulnerum exitio exempti sunt
Tac. li. 12.

A milite vtrumque latus transuerberatus,
id. li. 17.

Vxor & MATRIMONIUM.

Filiam ei nuptum dat, & nuptui, *Liu. libr. 1.*
ab V. C.

Hi per connubia Getulos secum miscuerunt,
Sall. Jug.

Duxit Corneliam vxorem, ex qua illi mox
Julia nata est, *Suet. Cæs.*

Hanc

Hanc Cn. Pompeio collocavit, *ibid.*

Filiã Regis in matrimon. petit, *Suet. Aug.*

Cum Iulia vixit amore mutuo, *Suet. in Tib.*

M. Agrippa genitam duxit vxorem, *ibid.*

Aeliam duxit vxorem consulari patre, *Sue.
in Claud.*

De hac coniuge liberos vtriusque sexus tu-
lit, *in Vitell.*

Hostis filiam Vitellij splendidissime ma-
ritavit, *Suet. in Vesp.*

Maritandum Principem cuncti suadebant,
Tac. li. 12.

Filiam suam despondit in maximas diuitias
Plaut. Cistell.

Virgo locata in matrimonium, *id. Trinum.*

Destinata erat Virgo egregio iuueni, *Plin. lib.
5 ad Marc.*

Nubenti tibi in dotem centum millia cõ-
tulerim, *id. li 2. ad Calvin.*

Vxor tibi in decus ac gloriam cedit, *Plin.
paneg.*

VITIA.

In domesticis est stupris volutatus, *Suet. Calig.*

Libidines tenebricosas fronte & supercilio te-
gebat, *Cic. in Verr.*

Nemo tam est seruus domini quam tu li-
bidinum, *ibid.*

Lis mihi est cum scelerato homine atque
nefario, *ibid.*

Exhaurietur ex vrbe, magna & perniciofa
sentina vitiorum, *Cic. Catil.*

E 2

VSVS

V S V S & C O N S V E T V D O .

Maritima regio non multum à Gallica dif-
fert consuetudine, *lib. 5.*

Quod tum in morem verterat, *Tac. li. 10.*

Res ab vsitata consuetudine recessit, *Cicer pro
Quinctio.*

Inueterauit iam opinio Reip. perniciofa,
3. Verr.

Vnius horę vsuram gladiatori isti non de-
dissem, *Cic in Catil.*

Adeo desciumus à parentum consuetudine,
Plin. li. 3. ad Mesium.

Est omnino iniquum, sed vsu receptum,
idem ad Ruff.

F I N I S .

S E N T E N .



SENTENTIAE
HISTORICAE,
POTISSIMUM

ex

CAESARE,
SALLUSTIO,
LIVIO,
Q. CURTIO,
& VALERIO MAXIMO.

SVPERIORVM PERMISSV.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Sumptibus Bernardi Gualtheri.

ANNO MD. CCC. XVII.



C. IVLII CAESARIS

SENTENTIÆ

POLITICAE,

EX LIB. I. COMMENTARII

belli Gallici.

1.



ONSVEVERUNT Dij immortales, quo grauius homines ex rerum commutatione doleant, quos pro sceleribus eorum vlcisci volunt, his secundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere.

2. Depopulatis agris non facile ab opidis hostium vis prohiberi potest.

3. Ius belli est, vt ij qui vicerunt, ijs quos vicerunt, quemadmodum volunt, imperent.

4. Tantum in se boni habet constantia, vt qui aliquamdiu inermes sine causa timuerunt, eosdem postea armatos ac victos superent.

5. Faciunt arroganter milites, qui de Imp. officio desperare, aut ei præscribere videntur.

6. Stipendium iure belli victores victis imponere consueuerunt.

EX LIB. II. BELLIGAL.

1. Rebus ad luxuriam pertinentibus hominum animos relanguescere, eorumq; remittenti virtutem constat.

E 4

2. Mul-

2. Multa facilia ex difficillimis animi magnitudo redigit.

3. In miseros ac supplices misericordia vendendum.

EX LIB. III. BELLIGAL.

1. Omnis spes salutis in virtute ponenda.

2. Omnes homines natura libertati student, & conditionem seruitutis oderunt.

3. Occasio negotij benè gerendi amittenda non est.

4. Ferè libenter homines id, quod volunt, credunt.

5. In spe victoriæ redintegrari plerumque vires solent.

EX LIB. IV. BELLIGAL.

1. Qui rumoribus atque auditionibus permoti de summis rebus consilia ineunt, eorū è vestigio poenitere necesse est.

2. Qui suos fines tueri non possunt, alienos occupare verum non est.

3. Expectare dum hostium copiæ augeantur summæ dementiæ est.

EX LIB. V. BELLIGAL.

1. Plebs propter imprudentiam plerumq; labitur.

2. Consilium pro tempore & pro re capiendum.

3. Timet atque deficere cum omnia videntur,

dentur, qui in ipso negotio consilium capere cogitur.

4. Quid leuius aut turpius quam auctore hoste, de summis rebus capere consilium?

5. Errant qui ab ijs quidquam praesidij sperant, qui suis rebus diffidunt.

6. Consuetudo Populi Romani non patitur ullam accipere ab hoste armato conditionem.

EX LIB. VI. BELLI GAL.

1. Innocentes pro nocentibus poenas pendere iniquum est.

2. Saepe homines temerarios atque imperitos falsis rumoribus terreri, & ad facinus impelli, & de summis rebus consilium capere cognitum est.

3. Ex pecuniae cupiditate factiones dissensionesque nascuntur.

4. Multum cum in omnibus rebus, tum in re militari fortuna potest.

5. Multum fortuna in repentino hostium aduentu potest.

EX LIB. VII. BELL. GAL.

1. Puniendi delinquentes, ut sint reliquis documento, & magnitudine poenae perterreant alios.

2. Salutis publicae causa rei familiaris commoda negligenda.

3. Quorum in finibus bellum gerit Imperator,

E 5

rator,

rator, eorum opibus subleuatur.

4. Plerumque in summo periculo timor misericordiam non recipit.

5. Errant, qui in bello omnes secundos rerum euentus expectant.

6. Res aduersæ Imperatorum auctoritatē minuunt.

7. Magna ex dissensionibus incommoda oriri consueuerunt.

8. Nihil adeo arduum quod virtute consequi milites non possint.

9. Non minus in milite modestia & continentia, quam virtus atque animi magnitudo desideratur.

10. Animi est ista mollities, non virtus inopiam paullisper ferre non posse, qui se vltro morti offerant, facilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant.

11. Omnia plerumque quæ absunt, vehementius hominum mentes perturbant.

EX LIB. VIII. BELLI
GALL.

1. Plerumque accidit diuturnitate, vt consuetudine diligentia minuatur.

2. Inflantur atque incitantur hostium animi secundo prælio.

3. Homines detrimento admonentur.

4. Causa peccati facillimè mortuis delegari solet.

EX

EX LIB. I. BELLI CIVILIS
CAESARIS.

1. Sæpe in bello, paruis momentis, magni casus intercedunt.
2. Acerbum est, quod ab altero quis postulat in re recusare.
3. Non minus est Imperatoris consilio superare quam gladio.
4. Plerumque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere solet, vti eò recurrant, & id cupidissimè petant quod paullo ante contempserint.
5. Est hoc omnibus semper datum Imperatoribus, vt rebus feliciter gestis, aut cum honore aliquo, aut certè sine ignominia domum reuertantur, exercitumque dimittant.

EX LIB. II. BELL. CIVILIS.

1. Communi fit vitio naturæ, vt inuisis, latitantibus, atq; incognitis rebus magis confidamus, vehementiusque exterreamur.
2. Est rerum omnium magister vsus.
3. Quod volumus & credimus libenter; & quæ sentimus ipsi, reliquos sentire speramus.
4. Felicitas rerum gestarum exercitus benevolentiam Imperatoribus, & res aduersæ odia conciliant.
5. Vt corporis vulnera, ita exercitus incōmoda tegenda sunt.

L 6

6. SIM

6. Sin laboris milites semper euentu belli
præmia petiuerunt.

7. De suis homines laudibus libenter præ-
dicant.

8. Vna in miseris rebus reliqua salutis.

EX LIB. III. BELLI
CIVILIS.

1. Hoc vnum est tempus de pace agendi dū
sibi vterque confidit, & ambo pares videntur.
Si vero alteri paullum modo tribuerit fortu-
na, non est vsurus conditionibus pacis is, qui
superior videtur, neque erit æqua parte con-
tentus, qui se omnia habiturum confidit.

2. Plerumque in nouitate fama antecedit.

3. Fortuna quæ plurimum potest, cum in
reliquis rebus, tum præcipuè in bello paruis
momentis magnas rerum commutationes
efficit.

4. Paruæ res magnum in vtramque par-
tem momentum habent.

5. Si non omnia cadunt secunda fortuna
est industria subleuanda.

6. Est quædam animi incitatio atque ala-
critis naturaliter innata omnibus, quæ stu-
dio pugnae incenditur, hanc non reprimere,
sed augere Imperatores debent, neque frustra
antiquitus institutum est, vt signa vndique
concinerent, clamoremque vniuersi tolle-
rent, quibus rebus & hostes terreri, & suos in-
citari existimauerunt.

7. Ple-

7. Plerumq; in calamitate ex amicis inimici existunt.

EX LIB. DE BELLO ALEXANDRINO.

1. Terror hominibus mentem consiliumque eripit.

2. Splendidius atque honestius contra Regem, quam contra conuenarum ac fugitiuorum bellum geritur.

3. Fortuna plerumque eos quos pluribus beneficijs ornauit ad duriorem casum reseruat.

4. Auctoritas plerumque adest victori.

5. Ad explicandos sumptus militares pecunia necessaria est.

6. Nihil se libentius facere dictabat Cæsar quam supplicibus ignoscere.

7. Dij immortales cum omnibus casibus belli interfunt, tum præcipuè ijs, quibus nihil potuit ratione administrari.

EX LIB. DE BELLO AFRICANO.

1. Contra magnam vim hostium artificio magis quam viribus decertandum.

2. Satius est Imperatori sibi, suoque regno subsidio ire, quam dum alios adiuturus proficiscitur, ipse suo regno expulsus forsitan, vtraque re expellatur.

3. Proprium gaudium bellantibus tribuere fortuna non decreuit.

E 7

4. Mili-

4. Milites quotidiano labore, sæpe idem
faciendo in negligentiam adducuntur.

EX SALLUSTIO SENTENTIAE
EX CATILINARIO.

1. DIVITIARVM gloria fluxa at-
que fragilis est: VIRTVS clara æternaque
habetur.

2. Priusquam incipias consulito, & ubi cō-
sulueris, mature factō opus est.) Pythag. in
Aureis:

Βλέψου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέλῃται.
Ne sine consilio quid agas, ne stulta sequantur.

3. Quibus profecto contra naturam corpus
voluptati, Anima oneri fuit, eorum ego Vi-
tam Mortem æstimo.

4. In magna copia rerum aliud alij Natu-
ra iter ostendit.

5. Imperiū facile ijs artibus retinetur, qui-
bus initio partum est: &c.

6. Regibus boni quam mali suspectiores
sunt: semperq; his aliena Virtus formidolo-
sa est.

7. secundæ res sapientum animos fatigāt.

8. Adolescentum animi molles, & ætate
fluxi dolis haud difficulter capiuntur.

9. Idem velle, atq; idem nolle ea demum
firma amicitia est.

10. In maxima fortuna minima licētia est.

11. In luctu atque miserijs Mors ærumna-
rum requies, non cruciatus est.

12. Om-

12. Omnia mala exempla ex bonis initijs orta sunt.

13. In prælio ijs maximum est periculum, qui maxime timent. Audacia pro muro habetur.

EX BELLO IUGURTHINO.

1. Corporis & Fortunæ bonorum, uti initium, sic finis est, omniaque orta occidunt, & aucta senescunt.

2. Omnes rerum mutationes, cædem, fugam, aliaque hostilia portendunt.

3. Nihil aliud se fatigando nisi odiû quærere extremæ dementiæ.

4. Plurimum facere, & minimum de seipso loqui optimum est.

5. Difficillimum inter mortales est gloria Inuidiam vincere.

6. Non exercitus, neque thesauri præsidia regni sunt, verum Amici.

7. Amici neq; armis coguntur, neq; auro parantur; officio & fide pariuntur.

8. CONCORDIA res parvæ crescunt, DISCORDIA maximæ dilabuntur.

9. In victoria vel ignavis gloriari licet, Aduersæ res etiam bonos detractant: id est, efficiunt ut male audiant boni.

10. Animo cupienti nihil satis festinatur.

11. Omne Bellum sumitur facile; ceterum ægerrime desinit. non enim in eiusdem potestate est initium belli eiusque finis.

12. Bel-

12. Bellum incipere cuius ignauo licet; deponi cum Victores velint.

13. Bene facere ex consuetudine in naturam vertitur.) Tale Pythagoræ dictum apud Plutarchum de Exilio : Optimam viuendi rationem deligo ; iucundam faciet consuetudo.

14. Næ illi falsi sunt qui diuersissimas res pariter expetant, ignauia voluptatem, & præmia virtutis.

15. Virtus sola neque datur dono, neq; accipitur.

16. Munditia mulieribus, viris labor conuenit : omnibusque bonis oportet plus gloriæ quam diuitiarum esse.

17. Nemo ignauia immortalis factus est.

18. Hostes renoto metu laxius licentiusque fiunt.

19. Regem armis quam munificentia vinciminus flagitiosum.

20. Plerumque regis voluntates, vt vehementes, sic mobiles; sæpe ipsæ sibi aduersæ.

EX LIB. I. HISTORIARVM

SALLVSTII, IN ORAT. L.

Philippi contra Lepidum.

1. Vbi malos præmia sequuntur haud facile quisquam gratuito bonus est.

2. Discordia, & Auaritia, atque Ambitio, secum-

secundis rebus oriri sueta mala.

3. Geniti sunt qui neque ipsi habere possunt res familiares, neque alios pati.

4. Vnum omnibus finem natura vel ferro septis, statuit.

5. Secundæ res mirè sunt vitij obtentæ.

Ex lib. 3. Histor.

6. Vita & Mors iure Naturæ sunt.

Ex Orat. de Republ. ordinanda.

7. Magnæ curæ magna merces est.

8. Sæpe praua quam bona consilia facilius executioni mandantur quidem, numquam tamen feliciter tandem succedunt.

9. Vestigalia, sumptus publici, iudicia forensia maxime moderanda.

10. Plebs oppressa & spoliata se & Remp. facile venalem habet.

11. Malum facinus in se committit, qui incommo Reipublicæ sibi gratiam conciliat.

12. Imperium & consilij fortibus, & prælij felicibus continetur.

EX T. LIVII DECADE I.

SENTENTIAE.

Ex lib. I. ab Vrbe cond.

1. Nulla fides regni socijs. Itaque semper infida est duorum in eodem imperio, eodem tempore principum pax & concordia. Sic Romulus Remum fratrem occidit. Idem Romulus

mulus Tatium Sabinorum Regem.

2. Merito proditor patriæ, etiam ab hoste, cui eam prodit, necatur. Sic Tarpeia occisa à Sabinis. Augusti Cæsaris est apud Plutarchum, dictum: Proditionem amo; proditorem odi.

3. Est boni Principis Religinem primum omnium constituere, præsertim pace sibi ab hostibus pacta. Sic Numa Pompilius.

EX LIB. II. LIVII.

4. Et facere & pati fortia strenui viri, & civis, & militis est.

5. Bella externa ingruentia sedant domesticas seditiones. Sic Romæ sæpe.

6. Externus timor magnum concordiaæ vinculum.

7. Potius deest ars excellentibus ingenijs, qua civis regant tumultuantes, quam qua hostes superent.

8. Magna imperia diu durant, nisi seditione intestina laborent. Hæc Etruscorum de Romanis sententia.

9. Cum ad gladios ventum est, pugna & Mars maxime inualescunt.

10. Malo domanda potestas quæ in Republica seditionum auctor est. Parum tuta est sine plebis viribus & populi consensu maiestas, aut publica dignitas.

11. Aduersus plebis temeritatem nunquam Proceres & Senatus ira certent, sed comitate.)

Sena-

Sen
tij

vis
que
lite
irri
Tri

dec
Qu

sæp
tun
est

nor

pub
ex
Sic

uti
dur
ne

I

Senatus Rom. sententia & exemplum Quintij Cos. laudatum.

12. Militaris ducis, item cuiusvis Principis vis tota in obedientium consensu sita est. Itaque magnopere cauendum ne Dux suos milites omnes, aut Princeps omnes subditos irritet in sese sua sæuitia. Sic Centuriones & Tribuni Appio respondent.

EX LIB. III. LIVII.

13. Leuius est & vanius, si sua quam aliena decreta & consulta tolli patiatur Senatus, Quintij sententia.

14. In bello præsertim ex puncto temporis sæpe maximarum rerum momenta auertuntur, & pereunt. Itaque celeritate opus est.

15. Superbiam & crudelitatem, & si feræ, non leues tamen sequi solent poenæ.

EX IV. LIB.

16. Factiones in Republ. sunt pluribus populis exitio, cum bella externa & fames sæpe ex leuibus causis magnas seditiones excitant. Sic Ardea.

17. Complurium imperium est bello inutile. Nam tendendo ad sua quisque consilia, dum aliud alij videtur, aperiunt ad occasionem locum hosti.

18. Eo facile impenditur labor, & periculum,

culum, unde emolumentum atq; honos speratur.

EX LIB. V.

19. Bonus euentus ac felix fere virtutem bonaque consilia sequitur: ac proinde nihil, praesertim in bellis temerè & sine iusto consilio inceptandum.

20. Truculenta est fera, non homo, qui in bellis nulla esse belli vti pacis iura esse censeat: sed quiduis tum licere iudicat, neq; ea iura sanctè seruat.

EX LIB. VI. LIVI.

21. In bellis vti nihil timendum, quod sit minimum, ita neq; contemnendum.

EX LIB. VIII.

22. Miserrima est populi conditio, qui neque pacem, neque bellum ferre possunt.

EX LIB. IX.

23. Interclusi obseptis itineribus com-
meatus hosti fugam, aut deditioem suadent.

EX LIB. X. T. LIVII.

24. Duces in bello fere optimi qui nati militiae, factis magni, ad verborum & linguae certamina rudes, & ingenio honesta, magnaque appetentes sunt.

25. Exercitus antea trepidus itineribus de-
uijs

uijs & mutatione locorum tum exercetur & confirmatur, tum etiam nobilior & salubrior fit.

26. Cum praelium committendū est nulla, si fieri potest, copiarum pars auocari aliò debet.

SENTENTIAE POLITICAE
E VALERIO MAXIMO.

1. LENTO gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemque supplicij grauitate compensat. *Lib. 1. cap. 1. in Externis de Dionysio tyrann.*

2. Sic Deorum spreti præmonitus excandescunt; sic humana consilia castigantur, vbi se cælestibus præferunt. *Lib. 1. cap. 6. de Marco Crasso.*

3. Virtutis alimentum vberimū est Honor. *Libro 11. c. 2 in Externis.*

4. Numquam Taciturnitatem optimum ac tutissimum administrandarum rerum vinculum labefactari volebant. *ibid.*

5. Quidquid in excelso fastigio positum, humili & tuta consuetudine, quo sit venerabilius, vacuum esse conuenit. *Lib. 2. c. 6 de Numidis.*

6. Humanæ imbecillitatis efficacissima duramentum est Necessitas. *Lib. 11. ca. 7. de Qu. Metello Macedonico.*

7. Aspero & abscisso castigationis genere militaris disciplina indiget, quia vires armis constant.

constant: quæ vbi à recto itinere descuerint, oppressura sunt, nisi opprimantur. *Ibidem in L. AEmilio Paulo.*

8. Enerues animos odisse virtus solet. *Ibi. de Senatu Romano.*

9. Disciplina militaris imperium Romanis peperit *Ibid in Extern. sub finem.*

10. Tantum interest adijcias aliquid, an detractum restituas, quantum distat beneficii initium ab iniuriæ fine. *Lib. 11. ca. 8. de Qu. Fulvio, & L. Opimio.*

11. Capi Virtus nescit. Patientia dedecus ignorat. Fortunæ succumbere tristius omni fato ducit. Noua & speciosissima genera interitus excogitat, si quisquam interit, qui sic extinguitur. *Lib. 3. ca. 2. in L. Atilio.*

12. Plerumque temeritatem Casus iuuat, vbi prauo consilio propitius aspirat, & quo vehementius noceat, insperatius prodest. *Lib. 3. ca. 8 in Phocione.*

13. Multo seipsum quam hostem superare operosius est, nec aduersa propera festinatione fugientem, nec secunda effuso gaudio apprehendentem. *Lib. 4. cap. 1. in M. Furio Camillo.*

14. Speciosius aliquanto iniuriæ beneficijs vincuntur, quam mutui odij pertinacia pensantur. *Lib. 4. cap. 2. de M. T. Cicerone.*

15. Omnia nimirum habet qui nihil concupiscit, eo quidem certius, quam qui cuncta possidet: quia dominiū rerum collabi solet.

Lib.

Libro quart. capite quarto, in Cornelia Gracchorum matre.

16. Nulla tam modesta Felicitas est, quæ malignitatis dentes vitare possit, & quo secessu quosdam fugeris, aut quibus infulis misericordiæ permulseris, non cohibebis, ne, vt alienis malis perinde ac bonis suis, lætentur ac gēntiant. *Libro quarto, capite septimo, de Cn. Pompeio.*

17. Humanitatis dulcedo etiam in effrata Barbarorum ingenia penetrat, orbesque & truces hostium molit oculos, ac victoriæ insolentissimos spiritus flectit: nec illi arduum ac difficile est inter arma contraria, inter districtos cominus mucrones placidum iter reperire. *Libro quinto, capite primo, in Annibale Pæno.*

18. Inter armorum strepitum verba Iuris ciuilis exaudiri non possunt. *Libro quinto, cap. 2. in Mario.*

19. Ita liberos procreādos vnusquisq; sciat, vt meminerit is à rerum natura & accipiendi spiritus & reddendi eodem momento temporis legem dici: atque vt mori neminem solere qui non vixerit, ita nec viuere aliquem quidem posse, qui non sit moriturus. *Lib. 5. cap. 10. de Anaxagora.*

Licentiam præbet senectus & orbitas. *Lib. 6. c. 2. de Cæselio.*

Fæmina vini vsum immoderate appetens, & virtutibus omnibus ianuam claudit & deli-

delictis aperit. *Lib. 6. c. 3. de Egnatio Merello.*

Caduca, nimirum & fragilia sunt ista, & puerilibus consentanea crepundijs, quæ vires atque opes humanæ vocantur. *Libro sexto capite vlt.*

Turpe in re militari dicere non putaram, emendabilis enim est error qui violentia Martis committitur. *Libro 7. cap. 2. de Appio Claudio.*

Malo virum pecunia, quam pecuniam viro indigentem. *Libro 7. capite 2. Exter. de Themistocle.*

Rerum natura non recipit, vt occiso patre supra vulnera & cruorem eius, quietem capiant filij. *Lib. 8 c. 1. de Cælijs.*

Alijs tempora desunt, alij temporibus superfunt. *Lib. 8. c. 7 de Catone.*

Alterum Demosthenem mater, alterum industria enixa est. *Ibid. Exter. de Demosthene.*

Sapientissimi artis suæ professiones sunt, à quibus & propria studia verecunde & aliena callide æstimantur. *Libro 8. capite decimotertio. Qu. Scævola.*

Nullum finitur vitium ibi vbi oritur. *Lib. 9. ca. 1. de filio AEsopis.*

SENTEN-



SENTENTIAE

POLITICAE

EX Q. CURTIO

ALPHABETI OR-

DINE.

NUMERVS EST LIBRORVM

*Q. Curtij: P. principium, M. me-
dium, F. finem cuiusque li-
bri designat.*

A.

ABSOLVI nemo potest, nisi qui
dixerit causam. *Lib. 8. f.*
Acclamationibus Audia sua mul-
tudo proficitur. *Lib. 8. f.*

In aduersis rebus id solet fieri,
vt alius in alium culpam referant, *Lib. 4 p.*

Non speciosa dicta, sed vsu necessaria in
rebus *aduersis* sequenda sunt, *Lib. 5. p.*

Perpetuum malum regum, *Lib. 8. m.*

Ad omnes *affectus* impetu rapimur, vitupe-
ramus, laudamus, miseremur, irascimur, *7. p.*

*Agmen & stare paratum, & sequi: nec tur-
ba,*

F.

ba,

ba, nec sarcinis prægraue: intentum ad duces.
non signum modo, sed etiam nutum, *Lib. 3 p.*

Gloriæ *auaritia* & insatiabilis cupido famæ nihil inuium, nihil remotum videri sin-
nit, *Lib. 9. p.*

Sordent prima, cum maiora quæque su-
perantur, *Lib. 10 f.*

Firmissima est inter pares *amicitia*, *Lib. 7. f.*

Quos viceris *Amicos* tibi esse caue credas,
nec tibi amico opus est de cuius beneuolen-
tia opus est, *Lib. 7. f.*

Vnusquisq; quod ipse reperit, aut solum,
aut optimum ducit, *Lib. 7. m.*

Animus magnus spernit sceptrum, quod
alij per ignes, ferrumque peterent, *Lib. 4 p.*

Regum opes sæpius *assentatio* quam hostis
euertit, *8. m.*

Auariiæ nihil fas est, *Lib. 4. f.*

Insatiabilis *Auariiæ* est, adhuc implere
velle quod iam circumfluit, *Lib. 8. f.*

B.

Ferro *Bella* geruntur, non auro: Viris, non
Vrbium tectis. omnia sequuntur armatos,
Lib. 5. p.

Raro permittitur in *bello* tempora eligere,
Lib. 7 f.

Belli fortuna artem victos quoque docet,
Lib. 7. f.

Naturæ iura *bellum* in contrarium mutat,
Lib. 9. p.

Sepem

¶ Sepem gratiæ ciuibus cito abrumperè ad bellum ciuile properantium est, *Lib. 10. f. bis.*

Beneficiorum gratia sempiterna est, 8. p.

C.

Sæpe calamitatis solatium est nosse sortem suam, *Lib. 4. f.*

Calamitas querula est, & superba felicitas, Lib. 5. m.

Maligna *calamitas*, & vere noxia cum quis suo supplicio acquiescit, pro alia cruciatus, *6. f.*

Regum, ducumque *clementia* non in ipsorum modo, sed in illorum qui parent ingenijs, sita est, *Lib. 8. f.*

Turbida facta sunt *consilia* eorum qui sibi suadent, obstat alijs metus, alijs cupiditas, nonnunquam naturalis eorum quæ cogita-ueris amor. *7. m. bis.*

Sæpe minus est constantiæ in rubore, quàm in culpa, *9. m.*

Consuetudo natura potentior, *5. m.*

Continentia & moderatio in altissima quaque fortuna eminentia bona, *6. p.*

Quis aut in victoria, aut in fuga *copias* numerat, *3. m.*

Nec luxuriæ quidquam crudelitas, nec crudelitati luxuria obstat, *Lib. 9. f.*

Anxiū de instantibus *curis* agitant etiā per somnum species imminentium rerum: siue

F

illa

illa ægritudo, siue diuinitio præfagientis animi accersit, *Lib. 3 m. bis.*

D.

Vincti hominis non superuacua solum, sed etiam inuisa est *defensio*, quæ iudicem non docere videtur, sed arguere, *Lib. 6 f.*

Desperatio magnum ad honeste moriendū incitamentum, *9 m.*

Si *Deus* es tribuere mortalibus beneficia debes, non sua eripere: sin autem homo es, id quod es, semper esse te cogita, *7 f.*

Dij pro meliore stant causa, *4 p.*

Militaris *disciplina*, paupertate magistra stetit, *3 p.*

Preciosa supellex pellicesque & spadonum agmina nihil aliud sunt, quam onera & impedimenta, *Lib. 5 p.*

E.

Discors exercitus, nec ad vnum intentus imperium vario tumultu cuncta turbat, *3. f.*

Militaris sine duce turba, corpus sine spiritu, *10 f.*

F.

Bella stant, & is qui recedit fugere creditur, *3. m.*

Fama infirmissimum aduersus viros fortes telum, *4 f.*

Fama maximum in bello momentum, *5 f.*

Fama

Fama bella constant, & sæpe etiam quod creditum est, veri vicem obtinuit, 8 f.

Nunquam ad liquidum *fama* perducitur: omnia illa tradente maiora sunt vero, 9 p.

Equidem æterna constitutione crediderim, nexuque causarum latentium, & multo ante destinatarum suum quemque ordinem immutabili lege percurrere, 5 f.

Inevitabile est *fatum*, 4 m.

Superba est *felicitas*, p. 5 m.

Cum ultimi discriminis tempus adveniat in sollicitudinem versa *fiducia* est, 3 m.

Fortium virorum est magis mortem contemnere quam odisse vitam, 5 f.

Naturam plerumque *fortuna* corrumpit, 3 p.

Homines cum se permisere *fortune* etiam naturam dediscunt, 3 p.

Destinata salubriter omni ratione potentior *fortuna* discuit, 3 m.

Nunquam diu eodem vestigio stat *fortuna*, semperque homines quantamque felicitatem habeant, invidiam tamen sentiunt maiorem, 4 m.

Fortuna quos vni sibi credere cogit, magna ex parte auidos gloriæ magis quam capaces facit, 4 m.

Suam quisque *fortunam* in consilio habet, cum de aliena deliberat, 5 m.

Dignus est omni malo qui pertimescit *fortuita*, & tristem de mortalitate fert sententiã

ac misericordiam sperat, quam ipse denegaturus est, 5. m.

In communi calamitate suam quisque habet *fortunam*, 6. p.

Fortuna belli victos artem quoq; docet, 7. f.

Sine pedibus dicunt esse *fortunam*, quæ manus & pinnas tantum habet: cum manus porrigit, pinnas quoq; comprehendere non finet, 7. f.

Contra *fortunam* non satis cauta mortalitas est, 8. m.

Fortuna rebus fama, preciumque constituit, 9. f.

Fortunati semper pacem quærunt, 5. m.

Humanæ fragilitatis nimia in prosperis rebus obliuio est, 4. f.

Qui dicit: ignoras arbores magnas diu crescere vna hora extirpari? stultus est qui fructus earum spectat, altitudinem non metitur. Vide nedum ad cacumen peruenire contendis, cum ipsis ramis quos comprehenderis, decidas. Leo quoq; aliquando minimarum auium pabulum fit, & ferrum rubigo consumit. Nihil tam firmum est, cui periculum non sit ab inualido, 7. f.

G.

Cito gloria obsolescit in sordidis hominibus. nec quicquam indignius est quam consumi eam vbi non possit ostendi, 9. m.

H.

Nihil habenti nihil deest, 4. m.

Nemo pius habitu corporis suos æstimat, vtiq; sæuitia hostis non nata calamitosos, 5. m.

Quan-

Quantamcunq; felicitatem habeant, semper tamen inuidiam sentiunt maiorem, 4. m.

Si homo es, id quod es, semper esse te cogita, 7. f.

Nihil tuto in hoste despicitur quē spreueris valentio rem negligentia facies, 6. p.

I.

Semper grauior in paucitate *iactura* est, 4. f.

Nobilis equus umbra quoque virgę regitur *ignauus* ne calcari quidē concitari potest, 7. m.

Sępe tēdio laboris ad vtilitatē sui cōpellitur *ignauus*, at virtus nihil in expertū omittit, 5. m.

Verba *innocenti* reperire facile est, 6. f.

Periculosum est *prægraue imperium* & difficile est continere, quod capere non possis, 4. f.

In nouo & precario *Imperio* adhuc iugū eius rigida ceruice subeuntibus barbaris tempore opus est dum mitiorib⁹ ingenijs imbuuntur, & efferatos mollior cōsuetudo demulcet, 6. p.

Spernitur ducis *Imperiū* vbi turbatis acrius metus quam dux imperare cępit, & totidem sunt Imperatores, quot agmina errant, 8. f.

Obsequio mitigantur *imperia*. Vbi vero reuerentia excessit animis, & summa imis confundimus, vi opus est, vt vim repellamus, 8. p.

Securitatem affert *innocentia*, p.

Homines *inuidi* nihil aliud quam ipsorum sunt tormenta, 8. f.

Superbia atque *ira* mala inuicta, 3. f.

Nihil difficilius est, quam in *iuuentute* magnam capere fortunam, 4. m.

F 4

L. La.

L.

*Lacrymis & acclamationibus studia sua
multitudo profitetur, 7. p. bis.*

*Liberis pretium seruitutis ingratum est,
6. p.*

*Nihil aliud superest locorum fraude dece-
ptis quam honestæ mortis solatium ex ho-
stium cæde, 7. f.*

M.

*Vanissimi cuiusque *Magia* ludibrium est.
7. m.*

*Idem *metus* qui cogit fugere, fugientes
moratur, 3. f.*

Meticulosi ad deteriora credenda proni, 4. p.

*Militantium nec indignatio, nec lætitia mo-
derata est, 7. p.*

*Modum verborum *mifero* tenere diffici-
le, 6. f.*

*Optime miseras ferunt, qui abscondunt,
5. m.*

*Qui multum in suorum *miseriordia* po-
nunt, ignorant quam celeriter lacrymæ ina-
rescunt, 5. m.*

*Continentia & *moderatio* in altissima for-
tuna eminentia bona, 6. p.*

*Effugit *mortem* quisquis contempserit, ti-
midissimum quemque consequitur, 4. f.*

*Fortium virorum est magis *mortem* con-
temnere quam odisse vitam. Ultimum om-
niū mors est ad quā non pigre ire satis est, 5. f.*

Omnis

Omnis *multitudo* & maxime *militaris* *mobili* impetu fertur, 9. m.

N.

Fortuna *naturam* plerumq; corrumpit, 3. p.
Homines cum se permisere fortunæ *naturam* dediscunt, 3. p.

Natura mortalium hoc quoque nomine prava & sinistra dici potest, quod in suo quisque negotio hebetior est, quam in alieno, 7. m.

Male humanis ingenijs *Natura* consuluit, quod plerumque non fortuna, sed transacta perpendimus, 8. p.

Efficacior est omni arte imminens *necessitas*, 4. p.

Necessitas ante rationem est, maxime in bello, 7. f.

Efficacior est in aduersis *necessitas* quam ratio, 8. p.

Nomen maximum in bello momentū, 5. f.

O.

Suis quique placidius placent, etiam cum is præest, qui magis timeri potest, li. 6. p.

P.

Patria est ubicunque fortis vir sedem elegerit, 6. p.

Pavor etiam auxilia formidat, 3. f.

Nullis meritis *perfidia* mitigari potest, 7. m.

F 5

Caput

Caput proditoris opportunum est proditorum
folatium, 3. f.

R.

Nihil potest esse diuturnum cui non sub-
est ratio, 4. f.

Maius est regnum fastidire quam accipere,
4. p.

S.

Cum Dijs pugnant *sacribegi*, 7. m.

Cum dormire non possunt, agitant eos
furiae, non consummato modo, sed & cogi-
tato parricidio, 6. f.

Innocentia securitatem offert, 6. f.

Seditionis non remedia quam principia
maiora sunt, 7. f.

Servo utilius est parere dicto, quam afferre
consilium: cum illos qui pareant, idem quod
ceteros maneat: qui vero suadent proprium
periculum, 7. m.

Humanis ingenijs parata *simulatio* est, 5. f.

Nihil est miseris mortalibus *spiritu* carius,
6. p.

Ira atque *superbia* mala inuicta, 3. f.

Humanarum mentium ludibrium super-
stitio, 7. f.

T.

Perfæ magnam rem sustineri posse nō cre-
dunt ab eo, cui *tacere* graue sit, quod homini
facillimum voluerit natura, 4. m. p.

Vbi

Vbi primum impetum effudit, velut quædam animalia amisso aculeo, torpet, & licet temeritas aspirare videatur, tamen ad vltimum *temeritati* non sufficit, 4. f.

Nec hostium paucitatem, nec multitudinem suam fatis cernunt, 5. f.

Canis *timidus* vehementius latrat, quam mordet, 7. m.

V.

Nullum maius impedimentum, quam *vates* superstitione captus, 9. m.

Verba innocenti reperire facile est: modum verborum misero tenere difficile, 6. f.

Non opera solum manu facta, sed etiam ipsam naturam paulatim excedendo perimit *vetustas*, 5. p.

Facilius est quædam *vincere*, quam tueri, 4. f.

Vincti hominis non superuacua solum, sed etiam inuisa defensio est, quæ iudicem non docere videtur, sed arguere, 6. f.

Nihil inexpertum emittit *Virtus*, 5. f.

Nihil tam alte natura constituit, quo *Virtus* non possit eniti, 7. f.

Vulnera quæ quisque excipit indicia virtutis sunt, 8. f.

F I N I S.

F 6 HISTO

HISTORICAE
OBSERVATIONES
G V I L I E L M I
I N S V L A N I,
M E N A P I I.

Eiusdem

INSVLANI ORATIO,
seu STATERA TYPO-
GRAPHICA, quam
eruditis placituram
confidimus.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Sumptibus Bernardi Gualtheri.
ANNO MD. CC. XVII.

TO THE
MEMBERS OF THE
COMMISSIONERS OF THE
GENERAL LAND OFFICE
IN GREAT BRITAIN



DE VITA SCRIPTISQVE
 GVIL. INSVLANI
 M E N A P I I,
 E R V D I T I E T
 D I S E R T I.



PA T R I A illi GREVIBRO-
 C V M, seu, vt alibi nominat,
 GREVIERVGV M, in Mena-
 pijs, quos ipse I V L I A C E N S E S
 facit, in patria studijs adole-
 scens operam nauauit egregiè, post in Ita-
 liam lustrandæ regionis, parandæq; pruden-
 tiæ gratiâ profectus, Patauij Nicolaum Leo-
 nicum Tomçum iam senem profitentem au-
 diuit: nec à medicinæ studio alienus fuit. Ro-
 mam inde contendens, vt erat elegantia ser-
 monis Latini perstudiosus, in familiam se
 dedit, fuitque ab Epistolis Raimundo Vichia-
 no Card. florente tum eloquentia Ciceronia-
 na Iacobo Sadoletto Card. & Carpentoracti E-
 piscopo: qui cùm eius Epistolâ fortasse vidis-
 set, vario dicendi stylo, vt tū obtinebat, dele-
 ctari deprehēdit, monuitq; Quo ille stimulo
 incitat⁹, gloriaq; ac famę aculeo ad Ciceronis
 se lectionem, alios eodē scriptis inuitando fa-
 miliares, contulit, diuturnā vt sitim expleret.

In pa-

In patriam tandem natu grandior aulicæ pertæsus vitæ reuertit, Præpositus Ecclesiæ S. Adelberti Aquisgrani renunciatus, vixitque ad annum M. D. XLVII. decem amplius annis Erasmo, quem & funebri, quæ extat, oratione laudauit, superstes, qui eius seculi Anno 36. extinctus est. Orationes huius Insulani, præter HISTORICAS OBSERVATIONES hæc, seu ELEGANTIAS sex fere typis editæ circumferuntur, legunturque à studiosis cupidè in Vbijs.

Encomium febris quartanæ, & de curandi ratione Basil. Ioan. Oporin. 1542.

De pace Oratio ad Carol. V. Imp. & Franciscum I. Gallorum Regem. Basil. Rob. VVinter. 1536.

Funebri oratio in obitum Erasmi Roterdami Bas. cum Observationibus Historicis.

Aulæ defensio AENEÆ SYLIIJ contra VLRI-CUM HATERUM Colon. 1539.

Statera artis Chalcographicæ plus ne commodi an incommodi Reip. Christianæ inuexerit. Basil. 1547.

Dialexis de Eucharistia eiusdem, vt opinor, Gul. Insulani, edita Colonia à IOANNE GYMNICO 1542.

ILLV-



ILLVSTRISS. PRINCIPI
AC DOMINO,

D. GVL. IVNIORI
PRINCIPI CLIVIS,
IVLIARVM, GELRIAE,
ET MONTIS,

GVLIELMVS INSVLANVS
Grewibrocensis S. P. D.



VI lucubrationes suorum li-
brorum viris summo loco præ-
ditis inscribunt, Princeps Opti-
me, præterquam quod gratiam
& dignationem horum quæ-
runt, præsidium quoque aduer-
sus vim iniuriamque æmulorum petere so-
lent. Eodem ego studio atque consilio in
præsentia sum adductus, hanc meam qua-
lemcunque industriam, laboremque Celsi-
tudini Tuæ consecrandi. Etenim cum intelli-
gerem editionem præsentis operis apud non-
nullos propter raritatem exempli plurimum
admirationis habituram, multum fortassis
etiam invidiae & obtrektionis, quod suspi-
carer

carer non de fore, qui sedulitatem diligentiamque hanc meam tanquam morosam forte impugnarent. Et tamen ex altera parte pl⁹ apud me (ita vt debuit) valuisset studium & amor bonos iuuandi, qui modo hæc nostra ducerent legenda. Ex omnibus ijs qui passim occurrere poterant, & dabantur, princeps illustriss. te vnum deligere mihi visum est, cui libelli huius editionem nuncuparem, deferremque patrocinium. Nec tamen dedignaberis quaeso, Princeps, hanc meam operam, quasi sordidam, ac circa res humiles versantem: quippe que multum alioqui utilitatis sit prebitura, & plurimorum sollicitudinem metumque iustæ reprehensionis subleuatura; eorum, inquam, qui forte politum illud & limatum iudicium de Latino sermone discernendi nondam fuerunt consecuti. Quid? quod M. T. Cicero, & C. Iulius Cæsar summi ambo & artifices & autores dicendi, similem propè prouinciam suscipere non sunt dedignati? De quibus verba M. Fabij, quoniam ad rem faciunt, libet subijcere. Sic enim libro primo Oratoriarum Institutionum: *An ideo minor est M. Tullius Orator, quòd idem artis huius diligentiss. fuit, & in filio, vt in Epistolis apparet, recte loquendi vsquequaque asper exactor? An vim C. Cæsaris fregerunt editi de Analogia libri? Hætenus ille.* Et ne nostra sæcula carere exemplis putemus: an non Laurentius Vallensis, summus clarissimusque Orator, censuram linguæ

linguæ Latinæ sibi desumpsit, de eaque certas præceptiones, quas adhuc in manibus habemus, tradidit? per eadem vestigia (vt alios omitteremus) postea ingressi sunt Hadrianus Cardinalis Cornetanus, Ant. Mancinellus, Aug. Dathus, H. Bebelius, & Corn. Crocus: hi duo in Germania, priores illi in Italia. quominus mirari, nedum succensere quis debet, quòd ego quoque simili exemplo sim usus, *Observationes de lingua Latina tradendi*. Quod si quis libellum hunc nostrum auctarij vice, ad illorum, quos iam recensui, libros annexat, magna profecto parte sese adiutum esse senserit. Adde quod causam huic diligentiae meae dedit, necessitatemque attulit præsentis operis euulgandi, quòd cernebam plerosque in Germania viros, populari quadam persuasione eruditos, quotidie nobis dare noua volumina, quibus si nomen auctoritatemque illam quomodocunque conciliatam detrahas, iudicium profectò paruum, quo se tueantur, remaneat. Quod genus hominum exorientem apud nos fructum bonarum litterarum, quasi pestilentes quaedam nebulæ, interceperunt. Itaque vt in tanta diuersitate scribendi ac iudiciorum varietate prodessem studiosis litterarum omnibus, discretionemque aliquam ostenderem sermonis Latini ac barbari, sum annexus. quamobrem voces aliquas vitio ac licentia temporum paulatim in consuetudinem deductas,
hic

hic in ordinem redegi, quas non secus quam infamem scopulum maris nauta, ita doctus quisque scribendo, loquendo, vitare debet. Interim etiam demonstraui nomina quaedam pro cursu temporum, ac iudiciorum inæqualitate aliter apud alios vsurpata, quibus sparsim, ad formam miscellaneorum, alia quaedam non profecto pœnitenda sunt interiecta. Ac fieri quidem posse non arbitror, quin tibi Principi bonarum literarum candidato, hoc opus nostrum, quod *μισοβάρβαρον* vocare possis, gratum sit futurum & acceptum. Etenim quantum detesteris ruditatem & barbariam, illud abunde testatur, quod ad maiorum tuorum laudes, quæ semper fuerunt illustres, cultum splendoremq; literarum addideris, & doctissimorum quorundam Germaniæ virorum apertè familiaritates iam pridem appetieris, ijque vicissim editis etiamnum operibus tibi tanquam nouo cuidam Mœcenati studeant sese approbare. Tuque interim philosophorum rhetorumq; lectionibus delectatus, ætatem minime inertem velis transire, consilio (quod omnes censeant) optimo. Etenim corruptam educationem, (quam plerumque blanda nutrix, aut nugator aulicus facere consuevit) disciplinæ philosophicæ optimè norunt emendare, atq; hoc etiam præstare, vt melius quàm in speculo tuum tuorumque ingenium, naturam, studia, mores possis internoscere. Iam vero studium

dium

dium pietatis & quietis tuum, quod in epist. quadā tua ad Erasmiū significas, & nos nō nisi magna voluptate in te relucere videmus, quis non magnopere commendet, prædicet, attollat? Ad eundem scribis, te minime cupidum augendæ ditionis, sed Spartam quam nactus sis ornare te velle: & hercle bene. Nāque consideranti tibi functionem muneris tui, plena profecto hæc honoris & oneris apparet. Sin vero fines ditionum tuarū intuearis, tam longe lateque patent, vt nihil ipsis præter nomen ad amplissimum regnum deesse videatur. Quare macte huius tui propositi esto, Princeps Illustriss & nominis tui gloriam ita, vti facis, constanter illustres atque tuearis: Deum Opt. Max. oro, vt Celsitudinem tuam diu incolumem seruet. Coloniae quinto Calendas Decemb. M. D. XXXIII.

HISTO.



HISTORICAE
OBSERVATIONES
G V I L I E L M I
I N S V L A N I,
M E N A P I I .

PRINCIPIO quidem opere precium iudicavi me facturum, si nonnullorum erroribus occurrerem, medererque, qui certas quasdam

Græco latina vocabula. voces *Græcolatinas* pro idoneis solent usurpare, cum non temere eiu generis voces receptas inuenias, præter duas duntaxat à Fabio Quintiliano recensitas, quæ sunt *Epitogium* & *Epirrhedion*,

Rheda quanquã *Rheda* usurpatione longa sit Latinum vocabulum factum, cū prius Gallica vox fuisset. vnde hæ voces *Archi-præsul*, *Christicola*, *Protonotarius*, *Pseudopontifex*, *Coapostolus*, *Constantinopolis*, *monoculus*: atque aliæ eiusmodi non recipiuntur à doctoribus.

Recepit tamen vsus ab antiquo hucusq; deductus, vt dicamus, *Ciceromastix*, *Virgiliomastix*. Duabus illis à Fabio recitatis annumerare queas *Recidipnum*, cuius apud Iuuenalem in 3. Satyra est mentio.

*Treche-

* *Trechedipna* editur vulgo.

Rusticus ille tu⁹ sumit recidipna, Quirine.

Nomen compositum à verbo propè obsoleto, nempe *recinium*, etsi Cicero huius verbi meminert in 2 lib. de Legibus circa finem. Est autem vestis, quæ post tergum reijcitur, interprete Servio, super primum librum *Aeneidos*, & deinde, ἀπὸ τῆς δεῖπνῆς, hoc est, cæna, quasi dicas vestem cœnatoriam. Hanc vestem Martialis appellat vno verbo *Cœnatoria*, iuxta intelligens *pallia*. Sic *Cœnatoria* enim habet lib. 9 Epigrammatum;

Pugnorum reus, ebriæque noctis

Cœnatoria mittat aduocato.

Epidamnum licet sit Græcolatina vox, *Epi-* atque etiam à Plauto vsurpata, quia ta- *dam-* men nomen inauspicatum videbatur, *num.* placuit quondam Romanis, referente Mela, & Plinio, *Dyrrachium* dicere. Est *Dyr-* enim vrbs in Epiro. *rachiæ*

Concedatur hoc etiam Plauto, vtpo- *Plaut.* te antiquario, quod Græca Latinaque *Sticho* confuderit in hoc verbo, *Thermifacio*. sic enim in *Sticho* loquitur: *Me hercle* *verò eo quantum potest, Iamne exta cocta* *sunt? Quid? thermifecerat.* Nobis autem non est propositum talem *τῆς κοξήλιαν* imitari. Præterea detur Neroni quo- *Sueto-* que, non antiquario illi quidem, *nus.* sed tamen vtriusque linguæ perdocto, *qui*

qui alioquin festiuiter magis quàm Latinè dixit Claudium vitricum suum *inter homines desijisse morari*, prima producta. *ibi morari* deductum est ex Græco, & significat idem quod morionem agere. deridens Claudij stoliditatem ac ineptiam, vt tradit Suetonius in vita Neronis.

obsonare.

Sunt quædam Græca verba, quæ modica inflexione facta, olim sunt conuerfa in Latinitatem; vt *psallere*, *baptizare*, *catechizare*, *patriizare*, aut per syncopen *patriizare*, *propinare*, *gargariizare*, *angariare*, *sacrificare*, *litare*. adde etiam *obsonare*. Hic obiter in mentem venit, *obsonare* non solum esse emere obsonia, sed etiam alere & confortare. Ita profecto accipitur illud verbum à Cicerone libro quinto Tusculanarum quæstionum. *ibi Socratem ferunt cum vsque ad vesperum contentius ambularet, quæsitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse, se quo melius cœnaret obsonare ambulando famem, id est, alere & confortare famem: Hæc ille. Porro talem fictionem seu deriuationem è Græcis in Latina, consilium meum est, non ab vnoquoque promiscue faciendam: propterea quòd hic iudicio singulari est opus, & vetustatem ducem ac magistram bene dicendi sequi debemus.*

Quam-

Quamobrem non probo eos, qui *pausare* *Pausare*
 pro quiescere seu interspirare ponunt, & *Pausa*.
pausam pro quiete. Tametsi $\pi\alpha\upsilon\omega$ & $\pi\alpha\upsilon\sigma\mu\omicron\upsilon$
 Græcis est *quiesco*, καὶ $\pi\alpha\upsilon\sigma\upsilon\lambda\eta$, *quies*
 seu *cessatio*. Aulus Gellius alioquin cap. 5.
 lib. 19. scripsit: *Sed cum bibendæ niuis pausa*
fieret nulla. Ceterum an hic nitatur aucto-
 ritate vetustiorum autorum, viderit ipse.

Rursus nonnulli parum bene constituti
 in lingua Latina, deflectunt infinitiva
 Græca in Latina, hic vbi minime opus est,
 atque etiam dum auctoritate & exemplo
 vetustatis carem⁹. veluti qui $\phi\lambda\epsilon\beta\omicron\tau\omicron\mu\epsilon\alpha\nu$,
 ita variant, vt dicant *phlebotomare*. atqui
 nihil est necesse. Cicero bene loquendi
 autor lib. 6. Epistolarum ad Atticum, in
 ea quæ incipit *Accepi tuas literas*: scripsit
sanguinem mittere, alibi *sanguinem detrahe-*
re, & *incidere venas* scripsit in oratione ad-
 uersus Pisonem. Quo fit, vt in vsurpatione
 huius vocabuli *phlebotomare*, inopiam
 nostræ linguæ accusare nequeas.

Sunt item nonnulli interpretes vitiosi
 Linguae Latinæ, contendentes hanc vo-
 cem *fornicari* ἀπὸ τῆς πορνείω fingi, litera p *Fornicari*.
 in f versa: sicuti *pompam* ἀπὸ τῆς κόμης,
 sola litera π mutata in p. Imaginantur à
 Græcis esse mutuatam vocem, sed friuola *Fornicari*
 est horum interpretatio nullis certis ra- *proprie*
 tionibus subnixæ. Ceterum *fornicari* non *quid*.

G

est

est proprie stuprum inferre, sed opus aliquod ad speciem fornicis fabrefacere. Nec auscultandum censeo Ambrosio Calepino, deriuanti hoc verbum *fornicari à fornice*, eo quòd scorta (vtinquit) in fornicibus habitare consueuerint. Vt hoc Calepino concedam, facit non modo nostræ ætatis exemplum alicubi, sed etiam vetustatis, vel Iuuenale autore sic scribente:

Lenonum pueri quocunq; in fornice nati.

*Fornix.
Fornicatū
opus.*

Verum eo tamen non fit, vt arbitrer *fornicari à fornice* descendere: cum contra à verbis nomina deriuari soleant. vnde à *fornicari* venit *fornix*: & *fornicatum* opus dicimus, quod sit concameratum, seu ad formam testudiniuis factum. id si angulosos recessus habeat, *anaglyphū* appellari solet. De hac inuili persuasione, qua quidā homines imaginantur nonnullas Græcas voces in nostram linguam deductas, modica variatione, aut interiectione, vel ablatione literarum facta. Aliquid etiam tetigit Varro libro de lingua Latina. Apud Theologos reperio *pietatis* quosdam gradus distingui, vt primum pietatis officium debeat Deo, proximum vxori, dehinc tertium parentibus. Ceterum Cicero nomen *Pietatis* non tā latè extendit. sic enim pietatem l. 2. de Inuentione definit: *Pietas est, per quā sanguine coniunctis, patriæq; beneuolis,*

Pietas.

uolis, officium & diligens tribuitur cultus: Dei vero cultū, & circa hunc versantes ceremonias, ritus & auspicia, solitus est appellare *Religionē*. Non tamen nego aliquoties *pietatis* nomen trāsferri ad cultū Dei, & religionē. Ad similem modum pleriq; intelligunt *continentiam* esse duntaxat refrenationē impudicitiq; cum illa summam in eo consistat, vt te cōtineas ab omni impetu mala. uim cupiditatum, neue animū cogitationesque circa res turpes aut illicitas versari permittas. sic. n. describitur à Cicerone in l. primè memorato: *Continentia est per quā cupiditas consilij gubernatione regitur.*

Continentia.

Solet in eruditum vulgus *opes* pro diuitijs duntaxat accipere: *opulentum*, pro diuitie rerum. Ceterum *opes* paulò quiddā amplius cōprehendere vidētur. Omne namque illud q̄ opē ferre homini queat. Itaq; earum nomine intelligimus quoq; propinquitates, affinitates, cliētelas, seruitia, seu mancipia, ius vectigale, & si quid aliud est eius generis, q̄ opitulari nobis queat.

Opes.
Opulētus.
Pau. Manutius in Epist. Cic.

Gentilis qui ex eadem gente mecum est dicitur. nec video quā iustè vox illa transferatur ad genus hominum, quos *Ethnicos* vocamus. Denique curiosiores quidam nostræ ætatis pro iure patronatus malunt dicere *gentilitium sacerdotium*. Scias interim nomen *familie* latius se porrigere,

Gentilis.

Familia.

quàm *gentis*, in præfenti fignificatione, fi Lactantio Firmiano credimus, qui in 4. lib. Diuinarum institutionum tradit, libertos manumiffos à patronis nomina familiæ, cui inferuiffent, frequenter accepiffe folitos, quos tamen fuorum patronorū gentiles non rectè appellaueris, hoc eft, quafi fint ex eadem gente, fiue eiusdem fanguinis. De hoc etiam Cicero in Topi- cis: & Iurifconfultus in Pandectis, titulo de Verborum fignificationibus.

**Impoten-
tia.**

Impotentie vocabulum licet ad eos ple- rumq; referatur, qui fibi nequeunt tempe- rare ab impetu violentiaq; animorū. Etia nihilominus pro *imbecillitate* à Terentio vfurpatum comperio. fic enim in Adelph. *Omnes quibus res minus fecundæ funt, magis funt nescio quomodo fufpiciofi, ad contumeliam omnia accipiunt magis, propter fuam impoten- tiam feſe ſemper credunt negligi.*

Congreſſus & *Congreſſio* funt infra con- ſuetudinem aſſiduam, & minus quiddam quàm *familiaritatem* ſonare videtur. Quod facile appareat ex his verbis Ciceronis in ſecunda Philippica: *Eumque à tua non ma- do familiaritate ſed etiam congreſſione, patrio iure, ac poteſtate prohiberet.*

**Redem-
ptor.**

Redemptorem volunt eſſe architectum ſeu præfectum alicuius operis & impen- farum, ita apud Horatium in Odis acce-
ptum

ptum intelligo : & in Epistola Ciceronis ad Q. Fratrem , quæ incipit . *Sextius noster : Dominus utriusque nostram (inquit) edificatur strenuè . Redemptori tuo dimidium pecuniæ curavi , vel potius numeravi .* Porro apud T. Liuium lib. 4. belli Macedonici apparet *redemptorem* intelligi eum , qui sit quæstor seu præfectus annonæ . Hæc verba illius : *Id forte erat tempus anni , ut frumentum in arceis haberent . Itaque redemptoribus vetitis frumentum parare , ac Romanis dimissis , bellum (inquit) seipsum alet .*

Tabelliones *commentarium* rerum actionum uè suarum nominant *rotulum* , seu *protocollum* : & referre in commentaria , *protocollare* . Etsi enim Græcis *protocollum* idem est , quod confusa aliqua series , siue rudis & informis species , seu ut expressius nominetur , prima quædam conglutinatio materiarum : tamen quia Latinam vocem satis idoneam ad manum habemus , & nomen *protocollum* dubiam significationem in sese continet : adde quod perurum benè consulti ingenij sit (consuetudinem Ecclesiæ excipio , aliquoties pro suo iure aliter facientis) foris mutuari quod domi habeas , & Græcitatem in subsidium vocare hic ubi minime sit opus . Utamur sane hoc verbo *Commentarium* , pro *protocollo* , porro id esse *commentarium* , quod

Protocollum, melius Commentarium.

Commentarium.

protocollum dicunt, satis manifestè colligitur ex Cicerone lib. 5. Epistolarum familiarium, quo loco postulat à Luceio rerum à se gestarum memoriam historijs celebrari, dum prius pollicetur se *commentarios*, id est summarium aliquod conficere velle Idem in Bruto: *Non est oratio, sed quasi capita rerum, & orationis commentarium paulò plenius.* Itemque secunda Philipp. *Cuius domus quæstuosissima est falsorum commentariorum, & chirographorum officina.*

Agere animam.

Pro laborare in extremis, aut positum esse in agonia, valet vt dicas *Agere animam*, ita Cicero lib. 8. Epistol. Famil. in ea quæ orditur: *Gratulor, Hortensius cum has literas scripsi, animam agebat.* & T. Liu. 26. lib. de veneno senatus Campani: *Hi cum animam egissent, & omnes tamen priusquam hostibus portæ aperirentur, expirauerunt.* Martial. lib. . .

Attale, ne quod agas, desit, agas animam.

In bona structura conseruare: vt hoc toleretur, illud tamen multò est venustius, *Sarta tecta reficere.* nam sic Ciceronem in Verrinis Actio. & alios autores, præcipue verò Iurifcons. veteres locutos video.

Partiarium.

Partiarium dici illū, qui agrū ad pensionem annuā forte conduxerit, nō omnino improbo: magis tamen probare colonum *partiarium* dici. nā sic à Catone nominatur.

tur.

tur. Porro *coloni* simplex nomen varijs si- *Coloni qui*
 gnificationib. patet. Præterea apud M. T.
 Cic. li. 8. Epist. Familiarium apparet, *agrū*
fructuarium intelligi, quasi dicas vectigalē.
 Barbari vnā cum Italīs vulgo vocant *Cen-*
salem agrum, veluti si diceres *consualem*. sic
 enim ille ait in Epistola, quæ habet prin-
 cipium, *M. Ferridium: Agros quos fructuarios*
habēt ciuitates, vult tuo benefic. o (quod tibi fa-
cilē, & honestum factu est) immunes esse. Nisi
 forte aliquis velit, *fructuarium* haberi pro *Fructua-*
 agro culto & fertili, priori tamē interpre- *rius.*
 tationi ego citius accederem, qua intelli-
 gas eos agros postulari à tributis & onerib.
 immunes haberi, qui fruct^o seu pensiones
 debent ciuitatibus: quippe iniquū videri,
 vt tales agri multipliciter grauentur.

Probare accipi pro eo quod sit degusta- *Probare.*
 re, piffare, pertentare, facere periculū, ca-
 pere specimen: vix scio si concedatur à do-
 ctissimis quibusq; etiā si dicatur verbis E-
 uangelij: *Iuga boum emi 5. & eo probare illa.*
 videtur mihi corrupto quodam more hoc
 verbū, sicuti alia per multa, ex italico idio-
 mate irrepsisse in Latinū, in ea significatio-
 ne siq; de illi dicū *probare*. Nā quod Calep-
 aff. et illud Plauti in Trinūmo, *Quippe ex*
eorū ingenio horū probant: vt ostēdat, probare
 accipi p eo quod sit data opeta experiri, pa-
 rū mihi cū mēte auctoris cōgruere videtur.

Est potius eo loco idē quod conijcere seu
æstimare. Simile illud Terentianum in
Phormione: *Vnum cognoris, omnes noris.*

*Naturalis
filius.*

Naturalis filius à vulgo Barbarorum di-
citur, qui sit ex illegitimo thoro suscita-
tus, sed parum apte. Est autem proprie fi-
lius tuus *naturalis*, qui sanguine & natura
sit tuus, non adoptione factus. Hęc distin-
ctionē intelligas ex his verbis Tranquilli
in Tyberio: *Filiorum neq; naturalem Dru-
sum, neq; adoptivum Germanicum, patria cha-
ritate dilexit.*

Vicarius.

Pro locum tenente, dicas *vicarium*. Cicero
lib. 16. Epistolarum Familiarium: *Itaq; te-
do vicarium, tu eum obseruabis.* & M. Bru-
tus ad Ciceronem: *An hoc pro beneficio
est habendum, quod se quàm Antonium esse
maluerit, à quo ista petenda essent, vindice iūo
quidem alienæ dominationis, non vicario.* Ce-
terum in nominibus magistratuum, aut
summorum officiorum, alia quædam po-
terit esse vsurpatio, vt neque vice regem,
neq; vice legatum: sed pro regem, pro legatum,
pro consulem, pro prætorem, pro quæstorem dicas.

*Deuoti
milites.*

Deuoti milites nominantur à Iulio Cæ-
sare in libro tertio de bello Gallico, qui à
nobis *vassalli aut feudatarij*. Sunt hęc verba
Cæsaris Iulij: *Alia ex parte oppidi Adiaton-
nus, qui summam imperij tenebat, cum sex-
centis deuotis, quos illi soldurios appellant.*
quorum

quorum hæc est conditio, ut omnibus in vita commodis unà cum his fruantur, quorum se amicitie dederint. Et ne putes devotionem Deutio
semper in bonam partem interpretari, & deuoti.
placet subiungere verba Suetonij in vita Caligulæ: Non prius succensere in animum induxerit, quàm veneficijs quoque & deuotionibus impugnare se comperisset. Et cap. 23. in Actis Apostolorum iuxta veram translationem Lucas: Deuotione deuouimus nos ipsos nihil gustaturos donec occidamus Paulum. Porro qui à Barbaris dicitur deuotus, meus nominabitur religiosus.

Seruitor apud nos reijcitur, quin potius Seruitor, pro seruatoribus dixeris seruitia. Cicero Seruitia pro Flacco: Operæ facebant, seruitia sileant. rectius. Itemque Sallustius: Interea seruitia repudiabat, quorum in initio magnæ copię ad eum concurrebant. Neque tamen me latet, à Iuriconsultis seruitia accipi pro iure quodam fundi, quod perinde sit, ac si dicas ius vectigale. Ita solent disceptare de seruitutibus, & seruitijs rusticis & urbanis, &c. Ceterum quod ad differentiam seruorum attinet, qui Atrienses quondam vocabantur; horum conditio erat olim quàm mediastinorum honoratior. id quod ex verbis Ciceronis cognoscitur, quinto Paradoxo: Atque ut in magna familia sunt alij lautiores, ut sibi videntur, serui ut Atrien-

Opera pro
operarijs.

ses Nam ita hi sunt vocati, ab arrij custodia, inter seruos olim eo loco habiti, quo inter milites praesidiarij, vulgo *militēs guardia* appellati, quippe quorum fidei ac tutelae quondam domini se, familiam suam, resque omnes crederent. Praeterea quoniam obiter incidit mentio *operarum* à Cicerone in oratione pro Flacco facta, apparet superius *operas* dici, *operarios* vulgo. Cicero in actione sexta Verrina: *Nam dixit Heius princeps ciuitatis, princeps istius laudationis, quae ad tuam laudationem missa est nauem tibi operis publicis Mamerti. Verum esse edificatam.*

Serū diei
vide.

Bonum
manu.

R. 86.

Rhodolphus Agricola Phrisius, vir doctrinae iudicijq; singularis, in quadam ad Alexandrum Hegium epistola contendit dici posse, *Bonum serum*: autore vsus Suetonio Tranquillo, qui in vita Othonis Syluij sic scripserit: *Ac in serum vsque patente cubiculo.* Sic etiam Sallustius in bello Catilin. *Et iam diei serum erat.* Et ne exemplis nos deficere existimes, iterum Tranquillus in Augusto: *In serum dimicatione protracta, vt in nauī victor pernoctauerit.* Et Liuius libro decimo primae Decados: *Romani apud Fabium arcebant magis, quam inferebant pugnam, extrahaturque in quam maximè diei serum certamen.*

Versus.

Versus & versiculus quamuis vulgo habentur.

bentur pro metris, tamen etiam quicumque tractus literarum, vulgo *linea*, dici potest versus. Ita Cicero in quadam Epistola ad M. Brutum: *Breves tuæ literæ, breves dico? imò nullæ. Tribusne versiculis his temporibus Brutus ad me?* Eodem modo apud Suetonium usurpatur in vita Oct. Augusti: *Notavi (inquit) & in chirographo eius illa præcipuè, non dividere verba, nec ab extrema parte versus abundantes literas in alium transfert, sed ibidem statim subijcit, circumducit quæ.* Et iterum Tullius in 1. Epist. 5. li. ad Att. *Nunc verò venio ad transversum illum extreme epistolæ tuæ versiculum*

Moram ducere, trahere ve male intelligitur, pro perpetua stabiliq; commoratione. Est illud potius, cum tempus in longum deducimus, in mora atque deliberatione spem aliquam salutis aut fortunæ reponentes.

Moram ducere.

Modernus reproba vox est. at idonea in eandem significationem, *neodericus, novellus, hodiernus, nostri temporis, siue huius temporis, vel tempestatis, Pontifex, Cæsar, Præsul, &c.*

Inter bonos *societatem*, inter malos *cōspirationem* esse, volunt plerique. Ceterum nihil vetat, quin *conspiratio* etiam intelligatur esse inter bonos, sicuti demonstratur his verbis Ciceronis in Epistola ad

Conspiratio.

Cn. Plancum : *Subueni patriæ, opitulare col-
legæ, omnium gentium consensum & incredi-
bilem conpirationem adiua.* Et idem in pri-
mo de Finibus honorum : *Qualis est igitur
omnis hæc, quam dico, conspiratio consensusque
virtutum, tale est illud ipsum honestum.* Et a-
liquanto post : *At verò Epicurus vna in do-
mo, & ea quidem angusta quàm magnos, quã-
taque amoris conpiratione consentientes tenuit
amicorum greges.*

Affectio.

Affectiorem astrorum dixit Cicero in li-
bro de Fato. *pro influxu vel influentia* : Me-
taphora aliquanto remotius petita, si *af-
fectio* in actiua significatione accipiatur, vt
intelligas corpora nostra resq; omnes ex
quatuor elementis conflatas ab astris affi-
ci. verum si detur optio peccandi, in mi-
nus malam partem potius velim ea voce
vti, Cicerone inuentore atq; autore, quã
barbarè, aut parum apte loqui. Quanquã
quod ad vsum atque imitationem atti-
net, Nicolaus Leonicens Vicentinus, &
Gulielmus Copus, in re medica *affectiõis*
nomine semper in prædicta significatione
sunt vsi.

Desuper.

Desuper aliqui putant non esse Lati-
num, ideoque malunt dicere, *Eupernis*.
Ceterum Virgilius hanc vocem non est
dedignatus lib. 1. *AENEIDOS*:

AEquora tuta silent, tñ scenis sylua coruscis

Desu-

*Desuper, horrentque atrum nemus immi-
net umbra.*

Et Suetonius in Tyberio: *Missum in hare-
nam aprum iaculis desuper petijt.*

*Secundum materiam subiectam: ita vul-
gus dialecticorum. Tu melius, pro re na-
ta, pro rei natura, pro qualitate argumenti.
Tamen si Tullius 1. libr. Academicarum
Quæstionum, cunctanter & cum excusa-
tione inopiæ nostræ, circa inuentionem
verborum nomine Qualitatis sit vsus.*

Pro re
nata.

Qualitas.

*Parasfrenarius à plebeis dicitur, qui sit à
pedibus alicui principi, ijdem à Suetonio
& Martiale vocantur Antambulones: ab
Apuleio stipatores. quanquam ijdem quo-
que dici possint in similem vsum *παρα-
φρακτοί*. Cicero in octauo libro Episto-
larum ad Atticum maluit scribere; *Pollu-
cem seruum à pedibus meis Romam misi.*
Martialis in secundo libro Epigramma-
tum:*

Anteambu-
lones,
Lakaj.

*Sum comes ipse tuus, timidiq; anteambulo
regis.*

Et Suetonius in Vespasiano: *Dum eum i-
dentidem per contumeliam anteambulonem
fratris appellat. Iterum Martialis in deci-
mo: Iam parce lassò Roma gratulatori, lassò
clienti, quandiu saluator, Antambulones &
rogatulos inter, &c.*

Pregu-
stator.

Simili etiam modo *Credentiarium no-
minant*

G. 7.

minant

**Præguſta-
tor.**

minant Barbaricum, qui ſit à dapibus præguſtandis: quem peculiari nomine Suetonius in vita Claudij vocat *præguſtorem* Sic enim ille. *Et veneno quidem occiſum conuenit, vbi autem & per quem dato diſcrepat, quidam tradunt: pulanti in arce cum ſacerdotibus per Haotum ſpardonem præguſtorem.* Prætereà non immeritò dubitet aliquis, quo nomine cenſeri debeant, qui ad principum mēſas minutatim ſuo more edulia conſcindunt, qui mos apud Italos vbiq̄ue eſt vulgaris. ij vocentur *ſtructores*. quamuis eodem nomine generaliter putet interpres Calderinus intelligi curatores, ſiue inſtructore menſarum ac ciborum. Martialis in decimo libro Epigrammatum:

Et quæ non egeant ferro ſtructoris ofellæ.

Cancellarius.

Cancellarij nomen non memini me reperiſſe apud vetuſtiſſimos probatiſſimosque autores, niſi quod Flavius Vopifeus ſcribit, à Carino imperatore factum eſſe, præfectum vr̄bis vnum *ex cancellarijs* ſuis. Verùm hic ſcriptor citius adhibeatur patronus erroris communis ac vulgaris, quã autor Latinitatis, alioquin non vbiq̄ue damnandus. Eodem etiam autore ac patrono admittitur nomen *Breuis* ſubſtãtiuum, ſicut vulgò dicimus *breue Apoſtolicũ*, aut *Cæſareum*, pro minore aliquo diploma-
matc.

Breue.

mate. Namq; tradit de Aureliano, quod *breve nominum* conscripisset.

A Cella venit *Cellarius*, nō *Cellerarius*. Est autem *cella* vulgò, vbi reponuntur ea quibus vescimur. Nam alia acceptio huius verbi ad propositum præsens non pertinet. siquidem non lexicon aliquod componere, sed errorem imperitorum annotare, subleuareq; nostri esse operis, Plautus in *Captiuo* :

Prome quiduis, te facio cellarium.

Calculatoris nomen aliqui fastidiunt, ideoq; malunt eum qui rationibus conficiendis præsit, designare hoc modo, vt scribant exempli gratia, *Pontifici à rationibus*. Cæterum Martiali in 10. libro *Epigrammatum* hoc verbum non displicuit. sic enim ille scriptum reliquit:

Nec calculator, nec notarius velox.

Maiore quisquam circulo coronetur.

Cicero libro primo officiorum nominat *rationatorē* Negant tamen, *calculare* verbum in usu esse: cuius loco meliora sunt hæc, *Ducere ad calculum*, *vocare ad calculum*, *expedere ad calculum*, *supputare* (Plautus in *Aulularia* : *Supputatur ratio cum argentario*) *suas rationes conficere*, *rationem dati acceptiq; exigere*, *deducere summam*, & *subiungere*, idem fermè significant. ac post e-

CUIUS

Cellarius.
& *Cella.*

Calculator

Signator
pro sigilli-
fero. cū rectè conueniunt omnia, dicimus.
Pro sigillifero dica *signatorem*. Sallustius
in bello Catil. *Multis modis mala facinora*
docebat, ex illis testes signatoresq; falsos com-
modare.

Signatoris etiam nomine in hac acce-
ptione vsus est Suetonius in vita Tiberij.
Cicero in vltimo libro Epistolarum ad
Atticum, in ea quæ incipit *Ignosce*, dixit
obsignatorem. Sed cū tanta res agatur Attici
nostri, nunc verò etiam existimatio, vt id quod
probauit, *Cos s. nobis testibus & obsignatori-*
bis.

Arbiter,
non arbi-
trator.

Legulei constituunt differentiam ali-
quam inter *arbitrum* & *arbitratorem*: sed
nihil est necesse. neque enim *arbitratoris*
nomen apud autores idoneos Latinitatis
repperi vnquam. Et qui eiusmodi sit, ap-
pellari queat *sequester pacis*, aut *arbiter ho-*
norarius. Ita Cicero lib 5. Tuscularum. *Quæst.*
Quorum controuersiam solebat tanquam hono-
rarius arbiter iudicare Carneades. dem in li-
bello de Fato: *Chrysippus* (inquit) appellat
arbitrum honorarium. Porro pro laude, aut
arbitramento, ponatur *arbitrium*, aut *sen-*
tentia arbitri.

Mediator.

Mediare & *mediator* etiam sunt barba-
ra. Vulgus hominum forensium, in pro-
uocationibus seu appellationibus plerun-
que adiungit propositionem ad: *verum*
nihil

nihil est necesse. Frequētius, idemq; ornati-
us est doctis, vt scribatur, *appellat superio-*
rem iudicem.

Campsoris & bancharij nomina scimus
iam olim è scholis atque vfu hominum
explosa. Sed addubatur à plerisque, nun-
quid pro banchario simpliciter satisfaciat
nomen *argentarij*. Et volunt quidem nō-
nulli è doctioribus, *Argentarium* etiam *Argentari-*
intelligi eum, qui dicitur passim proxe- *rius.*
neta, hoc est, qui præsit rationibus rerum
publicarum, itemque institorem mer-
cium argentariarum. Et qui in hac sunt
hæresi, autorem sequi videntur Vlpia-
num Iurisconsultum, titulo *de edendo*, in
Pandectis, L. Prætor. *Nummulariorum* ve-
rò conditio fuit aliquanto inferior, sic-
uti apparet ex eodem titulo, L. *Quædam*.
Nec tamen *argentariorum* conditio olim
fuit honoratissima. Legimus enim apud
Suetonium, fuisse probri loco obiectum
Oct. Augusto, quod progenitores habuif-
set argentariam facientes.

Per *reditus* intelligere volentes census,
aut prouentus, debemus alterum d' omit-
tere contra vulgatum morem. dicuntur
enim *reditus* à redeundo, non à reddendo.
Ouidius lib. 2. de Ponto:

At reditus iam quisque suos amat, & sibi quid
sit.

Vti-

Reditus
per d' vni-
cum.

Vtile sollicitis supputat articulis.

Idem in Amoris.

*Turpe thori reditu census augere paternos,
Et faciem lucro prostituisse suam.*

*Præcisè
negare.*

Audiui quandoque in contentionem venisse apud doctos (vt solet) si hæc vox *Præcisè* sit idonea. Malebant autem reprehensionis vitandæ gratia dicere, *proprie, peculiariter, ad viuum vsque*. Verum Cicero nobis satis erit grauis autor, eiusdem vocis cum ipso vsurpandæ Sic enim ille scripsit libr. 8. Epistol. ad Atticum, in ea, cui est initium, *Dionysius tuus quidem potius, quam noster; Numquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcise negavi, quam hic mihi, planè sine vllâ exceptione præcidit.*

Restrictè.

Dialectici quodam suo more dicunt, non tam *strictè*. apud Ciceronem libro 2. de Legibus inuenio scriptum *Restrictè Sed ego (inquit) cætera non tam restrictè præfinio, vel hominum vicijs, vel subsidijs temporum victus.* Non tamen reijcio prius verbum.

Brutum.

Animal brutum non aptè ac peculiariter accipitur, pro animali carente ratione. licet hic imperitum vulgus studiosorum aliter sentiat. Quin imo *brutum* dicitur, quod quam longissimè abest à sensu sagacitateq; id quod docemur ijs verbis T. Li-

uij

uij primo libro ab vrbe condita, de L. Iunio Bruto scribentis: *Ergo ex industria factus ad imitationem stultitiæ, quum se sua quo prædæ esse regi sineret, Bruti haud quoque abnuit cognomen, ut sub eius obtentu cognominis liberator ille populi Romani animus latens aperiretur tempore suo.* Ita Plinius libro 8. Naturalis historiæ, cap. 51 scribit suem esse animal maximè *brutum*. Nimirum hoc est, quod Cicero libro quinto de Finibus bonorum & malorum his verbis significat: *Sunt autem bestię quedam, quibus inest aliquid simile virtutis, ut in leonibus, ut in canibus, ut in equis: in quibus non corporum solum, ut in suis, sed etiam animorum aliqua ex parte motus aliquos videmus.* Quinetiam Horatius in carminibus *teuurem brutam* vocauit.

Vacantia pro *vacatione* ineptè ponitur. *Vacatio.*
 Porro pro *vacatione*, seu *feriatione* à iurisdictione ad tēpu (vtri solet quotānis) ponere licebit *Iustitium*. Nā ita apud Livium & Suetonium reperio. Tāsi enim *iustitiū* plerunq; in publico lucri ac mero e olim indicebatur, tamē penuria vocabuli proprii ac peculiaris facile nos excusabit à licentia, qua *iustitium* ab omni *vacatione* à iudicijs fortè acceperimus. Aulus Gellius ca. 1 lib 20 Noct. Attic. putat *iustitium* dici per elisionem, quasi *iuris interstitium*.

Causa

Cautio.

Cautio vocant caufidici, id quod habetur pro pignore ac testimonio fidei. attamen alia est huius verbi acceptio apud Ciceronem libro 4. Tuscula. Quæst. Quoniam (ait) vt bona natura appetimus, sic à malis declinamus: quæ declinatio si cum ratione fiat, Cautio appellatur. Ita in oratione pro Marcello: *Tua cautio nostra cautio est.* Cæterum ne Iurisconsultos de usurpatione *cautionis* prorsus redarguam, faciunt hæc verba Tranquilli in vita Oct. Augusti prope finem: *Iusque Iurandum & cautionem exegit à singulis, non alio loco datam summam, quam in emptionem Alexandrinarum mercium absumptos.*

Exactio.**Tributum**

Pro *exactione* quæ passim imponitur, aliqui nominant *talias, collectas, procurationes, præstantias*: præcipuè verò Legulei, in Epistolis decretalibus: *Tributum* autem vno nomine debet appellari. Cicero libro 1. Epistolarum ad Qu fratrem: *Sumptus & tributa ciuitatum, ab omnibus qui earum fines incolant, tolerari æquabiliter.* Et libro 13 Fam. epist. *Incredibiles angustie pecunie publicæ, quæ conquiruntur vndique, vt optime meritis militibus promissa soluantur, quod sine tributo fieri posse non arbitror.* Et Liuius libro 2. Sabino bello, ait, *se militantem quia propter populationes agri non modò fructu*
carne-

caruerit, sed villa incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo suo tempore imperatum, es alienum fecisse. Quod verò à Iurisconsultis exactio etiam nominatur *angaria*, Græca hæc vox est, significans *Angaria.* exactiorem siue coactionem. Sed tamen per *angariæ* nomen repudiamus: quod Iurisconsulti quodam suo more dicunt *pro derelicto habere*, causam videlicet, ius aut libertatem intelligentes. Ne quis hoc ineptè dictum putet, placuit ea locutionis forma Ciceroni quoque, in prima epistola octavi lib. Epist. ad Atticum, dum sic scribit: *Hæc oppida atq; oram illam maritimam illum pro derelicto habere. Vineam habuerat derelictui*, dixit Gellius in duodecimo, cap. 4. Noct Attic.

Pro derelicto habere.

Nationis vocabulum aliquoties gratum *Natio.* est, cum accipitur pro singulari aliquo genere hominum, *secta* vulgò appellata. licet Festus *nationis* nomen ponat pro gente, quæ seorsum habitet in aliqua regione. Ad eum modum quem prius annotauimus, à Cicerone in oratione pro P. Sextio, licet tectim, vsurpatur: *Esto igitur* (inquit) *vt hi sint, quam tu nationem appellasti, qui & integri sunt, & sani, & benè de rebus domesticis constituti.* Et Plautus in Rudente, certum genus hominum tenuiorum, vocauit *nationem hominum famelicam.* Ita etiam

etiam

etiam Erasmus, respiciens ad proprietatē
Græcanici sermonis, illud Lucae 9. capite,
Generatio prava: vertit in Nationem pra-
uam.

Patria.

Conterra-
neus.

Patria, & in qua nati sumus & excepti,
dicitur, autore Cicerone libro secundo de
Legibus. Nomen *conterranei* refutant ali-
qui, nihilo offensi quia Plin. in præfatio-
ne Nat. hist. dixerit Catullum, suum *con-*
terraneum, maluntque dicere *Sympatri-*
den. Præterea *conciuis* excluditur è classe
vorum Latinarum à plerisque, quod pu-
tent Ciceronem studio eādē vitasse: sed
frequenter scripsisse hoc modo, *Ciuis tuus*
aut noster. Et ut inter innumera exempla
vnum saltem proferam ex Ciceronis In-
uectiua in Sallustium, vbi sic scribit: *Ser-*
ui me hercle mei si me isto pacto metuerent, ut
te metuunt omnes ciues tui, domum meam re-
linquendam putarem. Noluit enim dicere
conciues tui, quamuis arbitrato imperito-
rum hoc aptius fuisset. Præterea *confra-*
ter nihil est: pro eoque dicas, *frater aut*
consors. Quin *collegij socium* libentius di-
xerim *Collegam meum*: tametsi apud Iu-
risconsultos astrictior sit huius verbi
Collega vturpatio. Certè Cicero alicubi te-
statur, se in collegium augurum fuisse co-
optatum. Potuit ergo reliquos augures
Romanos *suos collegas* dicere, etsi numero
copio-

Collega.

copio-

copiosos, non minus quàm alterum con-
sulem collegam.

Distrabo, pro eo quod sit diuendo, aut *Distrabe-*
alieno, quamlibet habeatur frequens a-
re.
 re.
 pud leguleios, plerisque tamen nostrum
 non placet sic accipi. Nec verò satis grauis
 aut luculentus autor Latinitatis à nobis
 habetur Apuleius, qui in 1. libr. de Asino *Apuleius.*
 aureo sic scriptum reliquerit. *Casus recēs*
erat, & sciti saporis, admodum commodus pre-
cio distrabi Tolerabilior fortasse videatur,
 ac certè minus degener translatio huius
 verbi à Suetonio in Cæsare facta, vt idem
 est *distrabo*, quod *compono*, aut *finio*. Sunt hæc
 verba illius: *Apud eandem longo tempore*
sacrificare, vota suscipere, controuersas quas-
dam interposito per Cæsarem iureiurando di-
strabere perseuerauerit. & Cicero pro A.
 Cecinna: *Ideo quod omnia iudicia aut*
distrabendarum controuersiarum, aut pu-
niendorum maleficiorum causa reperta
sunt.

Mandare, quantum intelligo, apud *Mandare.*
 Ciceronem sæperumero accipitur pro eo,
 quod sit per alium nunciare, seu alieno
 ore notum facere. Ita profectò debet ca-
 pi in Epistola P. Vatiniij ad Ciceronem
 libro quinto Epistol. famil. quæ incipit:
Si vales. Sed enim paulò significantius
 cognoscitur vis huius verbi in hac ac-
 ceptio-

ceptione libro quinto Epistolarum ad Atticum, ibi: *Tarentum veni*, sic enim ait. *Nec tamen iam habeo quid aut mandem tibi, aut narrem* (intelligas per epistolam) *Mādaui quidem omnia, que tu, vt polliceris, exhauries: narrabo, cum aliquid habebo noui.* Non tamen dubito fore, quibus magis placeat *mandare* ibi intelligi, pro eo quod sit committere: & *Exhaurire*, pro diligenter ac laboriosè efficere. sicut dicimus *Exhaustos labores aut vigilias*. Nobis tamen magis respondet ad animum, vt *exhaurire* sit idem per translationem, quod *expiscari, exquirere*.

Infortunium.

Infortunij nomen plerisque displicet, hac ratione videlicet motis, quod alias in neutro genere non reperiatur vox contraria, neque enim dicitur nisi *fortuna, aut fors fortuna*. Cæterum ego illud vocabulum alias obiter reperi apud Liuium, libro primo ab vrbe condita: Ita ille, dixisse enim *nullam breuiorem esse cognitionem, quàm inter patrem & filium, paucis transigi verbis posse, ni pareat patri, habiturum infortunium esse*. Et Terentius in *Adelphis: si tetigisses, ferres infortunium*. Cæterum inuenio etiam *infortunam*. Cicero in oratione aduersus Pisenem: *Infortuna quedam est illa mors, non pœna putanda*.

Infortuna

Dare

Dare potestatem, & facere potestatem, in eadem significatione aliquoties accipiuntur, contra gregariorum quorundam litteratorum traditionem. Cicero lib. decimo Epist. Famil. ad Cn. Plancum: Ut primum mihi potestas data est augendae dignitatis tuae. *Dare potestatem.*

De ratione benè loquendi singularem aliquam legem tradere, non mediocris est negotij: tam proclives sunt ad censuras & reprehensiones plerique. Ita Augustinus Dathus Senensis, cum tradit inter hæc verba, *Ne & Quidem* semper interuenire aliquid necessario deberet: scētatus hic quidem est elegantiam & ornatum sermonis. At vero Ciceroni interdum placuit, suum modum dicendi variare: neque vim libertatemque suam dicendi certis tamquam angustijs præceptorum aut obseruationum concludere. Bis reperio apud eundem inter *Ne & Quidem* nihil medium esse. Ita ille lib. 1. de Natura deorum: *Nam de vita beata nil repugno, quàm tu in Deo ne quidem esse censes, nisi planè ocio langueat.* Et in quinta oratione Philippica: *Hic ij, qui in horam viuerent, non modò de fortunis & de bonis ciuium, sed ne quidem de utilitate sua cogita-uerunt.* Itemque Lilius in octauo libro belli Macedonici: *Vndique obuius hostis*
H Gallus

Ne quidē.

Gallus erat, ut ne quidem fugam facilem aut tutam haberent.

*Potestas
pro præ-
tore.*

Prætores à nobis dictum, nonnulli vocant potestatem: non tantum excusabiles, quia vulgaris idiomatis Italorum sequatur morem, sed vel autore Suetonio defendendi. Sic enim ille in Claudio: Iurisdictionem de fidei commissis quotannis, & tantum in vrbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum atq; etiam per provincias potestatibus demandavit.

Composito

Ambrosius Calepinus autumat non ex composito, sed composito vnico vocabulo dicendum: idque eo loco, quo exponit vocem Compono. Adducitur autem auctoritate Terentij, qui in Phormione scripserit: Composito factum est, quomodo hanc amans habere posset sine dote. Verum eo tamen non fit, quin Ex composito quoque dici possit. Nam præterquam quod vulgò mos Latinè loquendi sic obtinet, auctorem etiam censeo adhibendum. Sic enim Lilius in primo libro ab vrbe condita: Vbi spectaculit tempus aduenit, dedit eque eò mentes cum oculis erant, tum ex composito orta vis. Idem in 4. libro eiusdem Decados: Et quum tantum in vrbe hostium esset, mox Sabine,

*Ex com-
posito.*

*Ex dispo-
sito.*

Etruscæq; legiones ex composito adessent. Ex disposito, in similitudinem vsu dixit Macrobius.

Fac

Fac ut promissa appareant : Elegans, & Comicum, quoribus quem fidei ac promissionum suarum volumus admonere. *facere promissa, stare conuentis*, Ciceronis est in officijs. Simile ferè est illud, *Verba ad rem conferre*. Terentius in Heaut. *Verùm si verba ad rem conferret, vapulabit.*

Promissis stare.

Verba

rem conferre.

Valetudinis nomen, quamvis tam bonæ quam malæ, atq, item neutræ sit cōmune (fingitur enim à medicis etiam neutra, sed intermedia quædam valetudo) amen

Valetudo

Inualetudinis nomen non abhorruit Cicer. lib. 7 Epistol. ad Attic. in ea quæ incipit, *Brundusium venimus: Inualetudo tua me valdè conturbat.*

Demeritum apud vulgus Italorum, idem est quod *erratum*. Itemque apud Barbaros ponitur *excessus* pro *errato*, *noxa*, *maleficio*, *facinore* *admissio*. Sumitur autem *facinus* ferè in malam partem, nisi adiectum epitheton aliter declaret. De nomine autem *abusio* à plerisque addubita-

Demeritum.

Facinus.

tur, nunquid rectè significet *corruptelam morum*. Quantum autem ad observationem latini sermonis attinet, satis constat eam vocem minimè esse refutandam, cum Cicero lib. 4. Rhetoricorum veterum *abusio* *verborum* (Græcis *πιατάχρησις* dictam) posuerit inter *Exornationes verborum*. Nec verò in significatione vul-

Abusio.

gari ita nuper vsurpatum primo fuisse, patet ex ijs verbis Augustini lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 4. *Nam vsus illicitus, non vsus, sed abusus, vel abusio est dicenda.* Mei tamen consilij fuerit, pro correptela aut licentia morum non dicendam simpliciter *abusionem*, sed adiuncto aliquo verbo: vt, *Abusio morum, abusio legum, abusio alienae bonitatis, & sic de similibus.*

Compareo

† *Non est Ciceronis ea oratio.*

Quidam existimant non *compareo*, sed *appareo* loco eius dicendum. Contra, Cicero accepit idem vocabulum more vulgato in oratione ad Equites † ante exilium. Sic enim ille: *Quoniam animaduertistis illam conspirationem constatam esse extinctam, vt nulla scintilla compareret incendij.* Et Liuius octauo libro prope finem: *Prima luce nec autor, nec causa terroris comparuit.* Idem in 27. lib. C. Terentius vt Aretium cum legione venit, *claues portarum cum magistratus poposcisset, negantibus ijs comparere, fraude amotas magis ratus, quam negligentia intercidisse.* Et paulò post: *Prima hostia cesa, iecur sine capite inuentum, in secunda omnia comparuisse.*

Cum dicto

Cum dicto affuit, Apuleianum, neq; non elegans. Vergilius autem ὑπερβολικῶς, *dicto citius, dixit, lib. 1. Aeneidos:*

Et di-

Et dicto citius tumida equora placat.

Liuius in 23. lib. Decad. 3. *Dicto propè citius equum in viam Claudius duxit.*

Affimilare tollitur è classe vocum Latinarum, non impediète quicquam spurco illo Sophistarum loquendi more, quo dicere solent, istud affimilatur illi. Ceterum *affimilare* habetur inter voces Latinas. ita Cicero lib. 4. ad Herennium de Licentia: *Duplici ratione tractabitur, acrimonia, quæ si nimium fuerit aspera, mitigabitur laude & affimilatione.* Terent. in Phormione: *Quid si affimilabo?* Plautus in Amphitryone: *Ita se affimulauit quasi Amphitryo fiet.* & Silius Italicus in secundo de Tefiphone:

Protinus affimilat faciem immutabile monstrum,

Tiburnæ, gressumque simul, sonitumque loquentis.

Astruere, non tam aptè ac propriè significat, ea quæ volueris verbis probationibusque confirmare, vel etiam appendicem struere: quàm concedere, aut vltro deferre. Et quamuis hic statim ad manum non habemus exemplum antiquitatis, vt diligentiam hic nostram requiras, tamen voluenti antiquos probatosque auctores non poterunt non occurrere passim exempla, aut sufficiat ad præsens M. An-

H 3

tonius

Affimilare
re vox
Latina.

Astruere
quid.

ronius Sabellicus, vetustioris elegantiae usque æmulus: qui in praefatione suarum Enneadum scribit, quod Senatus populusque Veneris principatum suae urbis ultrastruxerint *L. Lauretano*.

Tribulare

Tribulare quamlibet sit frequens in ore hominum vel vulgi opinione doctorum, tamen à doctioribus semper reijci vidi. *Affligere, molestare, turbare, vexare, exagitare*, sunt recepta. De receptione huius verbi

Inquieto.

Inquieto quandoque subdubitaui, neque tamen solus. Cæterum apud Liuium, Suetonium, & Plinium, passim inuenias *inquietare*.

Protelo.

Protelo mea opinione iudicioque peruersè accipitur pro eo quod sit *differre*. Potius est idem quod valenter *exagitare*, *obtrubare*, aut porro *ferire*. Sicuti per translationem apud Terentium in Phormione: *Ne te iratus suis dictis protelet*.

Præpedio.

Præpedio verbum plerispue non placere intelligo: sed tamen T. Liuius non obsorduit, sic enim ille libro 29. *Itaque cum lassitudo ac vulnera fugam quoque præpedissent*. Et Plautus in *Cas. Timor præpedit dicta lingue*. Et Terentius in *Heautontimor. An eo fit, quia in re nostra aut gaudio sumus præpediti nimio, aut egritudine*.

Helius

Helius Comipaludanus multis nominibus mihi charis. idemque lectioni Ciceronis librorum plurimum addictus ac perfamiliaris, aliquando mecum de studiis communibus collocutus (ut ille solet) disertissime ac minime vulgariter, indubium vocavit, nunquid absque periculo reprehensionis dicatur, *Adhibeo fidem*. Quo verò minus putaret eam locutionis formam idoneam, afferebat, quia hæc vox *adhibeo* idem est quod applico, seu adiungo. nec certè toleretur quis, si dicat *Applico seu adiungo tibi fidem*: sed tamen sustineatur qui dixerit *adhibeo*, id est applico animum, curam, diligentiam, conatum, &c. Deinde in testimoniū proferebat idē Helius Ciceronem & Terentium, apud quos frequenter reperias, *Habeo fidem*, nō *adhibeo fidem*. Et perucisset quidem tanti viri persuasio simul & autoritas, nisi hoc certamē dubitationemq; diremisset postea Cicero, optimus ille quidem arbiter & iudex. Sic enim ille in 8 libr. Epistol ad Attic. in ea quæ incipit, *Maximis & miserimis rebus, &c. Tamen vtrunque considerandum est (inquit) & quanta ei fides sit adhibenda.*

Opus Pandectarum iuris civilis vocari *Digestum* non probo. magis autem, si *Digestum* digestio appellaretur: cuius nomine

H 4 Cicero

*Fidem
adhibere.*

Adhibeo.



Digestio.

Digestio.

Cicero in quinta Philippica intellexisse videtur prolixum opus. Ita de M. Antonio ille: *Ipse interea decem & septem dies, vt digestio potius quàm declamatio videretur, de me in Tyburtino Scipionis declamavit.* Et quoniam hic obiter incidimus in mentionem *digestionis*, non abs re fuerit admonere lectorem, ne eorum errori credat, qui volunt *digestionem cibi* non debere accipi pro concoctione, seu confectioe cibi, quæ fiat in stomacho. Putant enim nonnulli, *digestionem* propriè dici distributionem cibi, quæ fiat per vniuersum corpus, & *ὑπόσιον* vocatam. Atque in hac hæresi etiam persistit, & quidem acriter, Marcellus Vergilius Florentinus in Annotationibus suis super secundum librum *Dioscoridis*, vir alioquin extra omnem controuersiam doctissimus, & de bonis studiis (vt si quis alius) optimè meritus. Possè autem pro *concoctione cibi* rectè apteque dici *digestionem*, satis grauis autor nobis erit Cicero libro quarto Epistolarum ad Atticum, in ea quæ habet principium, *Occupationum mearum: Stomachus, vbi hebetabat olim, conualuit, vt digerat multa cruda facilius.*

Commune vulgus litteratorum arbitra-

tra-

tratur, *patricios* olim saltem ex optimati- *Patricij:*
 bus civium fuisse: neque ab ea sententia
 alienus fuit Philippus Beroaldus in Anno-
 tationibus super Suetonium in vita Au-
 gusti, ac Politianus (quantum conijcio)
 in praefatione super Miscellanea sua. Ce-
 terum consideranti conditionem nomi-
 nis diligentius, apparebit inferioris quo-
 que notæ homines olim inter patricios
 fuisse. Ita Cic. lib. 9. Epist. Fam. *Sed tamen*
mi Pæte, quid tibi venit in mentem, negare
Papyrium quenquam unquam, nisi plebeium
fuisse? Fuerunt autem patricij minorum gen-
tium, quorum princeps L. Papyrius Mugella-
nus.

Donatus Grammaticus derivat à ver-
 bo *Sum*, hæc gerundia, *essendi, essendo, essen-* *Essendi:*
dum. Verum doctissimi quique hanc de- *contra Do*
 rivationem non probant, atque hic au- *natum.*
 toritatem fidemque Donati, quamlibet
 celebrati autoris, detrectant.

Dimidium huius, melius dicimus, quàm *Dimidiũ*
dimidiatam partem: Cicerone semper, *huius.*
 tum in epistola quadam ad Qu fratrem
 sic locuto: *Redemptori tuo dimidium pe-*
cuniæ numeravi. Dimidietas nihil est.
 quinetiam *Medietatis* vocabulo quasi ti- *Medietas.*
 midè vsus sit Cicero, ex his verbis in li-
 bello de Vniuersitate intelligitur: *In-*
teruallis ita locabat, vt in singulis essent
H 5 bina

bina media. vix enim audeo dicere medietates, quas Græci μεσότητες appellant; sed quasi ita dixerim, ita intelligatur: erit enim planius. Hæc ille. Porro differentiam inter dimidium & dimidiatū licebit intelligere ex scriptoribus Elegantiarum, quo minus necesse habeo illam hic repetere, Agellio lib. cap. 14. & L. Valla.

Dispesco.

Dispesco idem est, quod fugo, seu facio evanescere, seu dispereo, vel elabor clāculum. ita Poeta alter Mantuanus alicubi, *Oculis dispescuit vnabram*. Aliter tamen Calepinus Bergomas, qui imaginatur *dispesco* compositum à pascō, vt sonet idem quod est à pascuis abducere.

Amo.

Diligo.

De his verbis *amo* & *diligo*, αὐξήσις illa Ciceronis 14. lib. epist. ad Atticū satis indicat, maiorem vehementiam esse in hac voce *Amo* quàm *Diligo*. Sic enim ait: *Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, vt mihi nunc amare videar, antea dilexisse*. Et ad M. Brutum: *Clodius Tribunus plebis designatus, valde me diligit, velut ἐμφαιτικότερος dicam, valde me amat*. Quo fit, vt mirer Theologis nostris plus acceptum esse nomen dilectionis quàm amoris; si amorem Dei & proximi nostrum velint exprimere, cum hic amor summus esse iubetur. Ceterum per me licebit unicuique

que

que loqui quomodo voluerit, etiam si *amores* (hoc enim vocabulum in plurali numero obscœnum intelligitur) pro amore Dei, quis ponat.

Pro eo quod Barbari dicunt *recompensare, seu refundere damna*: Ciceroni magis placuit, *præstare damnum*. Ita ipse in 3. libro Officiorum: *Is igitur iudex ita pronunciauit, cum in vendendo rem eam scisset, & non pronunciaisset, emptori damnum præstari oportere*. Et paulò ante: *A Iurisconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. quicquid enim est in prædio vitij, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. id est, compensari damnum. Recompensare video ægre à Latinis admitti.*

Præstare damna, non recompensare.

Vulgus Barbarorum volens significare factum aliquid fuisse licite, aut illicite, dicit, *Hoc est factum taliter, qualiter*. Nos melius, si dixerimus, *Per fas, per nefas*. Elegans sanè illud Terentij in Andria: *Quo iure, quaque iniuria, præcipitem in pistri-num dabit.*

Opprobrium grauatè recipitur pro *probro*: ac reiicerem prorsus, nisi semel atque iterum in Ouidio & Suetonio reperissem, ac deinde apud Modestinum Iurisconsultum, titulo de Verborum signifi-

Opprobrium.

H C

catio

Maledictum.

cationibus. *Maledictum* est paulò mitius, atque leuius crimine ac probro, id quod colligitur ex ijs verbis Cicer. in oratione pro M. Cælio, *Maledictio autem nihil habet propositi præter contumeliam: que si petulantius iactatur, conuitium: si facetius, urbanitas nominatur.* Et paulò prius: *Quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est.* Et in oratione pro Cn. Plantio: *Nihil est autem tam volucre, quàm maledictum, nihil facilius emittitur.* Ex aduerso aliqui ponunt hoc verbum *Benedictum* coniunctim, apud Terent. in Phormione, ibi: *Benedictis si certasset, audisset benè.*

Contra.

Econtra non est Latinum: sed hæc illius vice potius, è diuerso, aut contra, dum hoc in vim aduerbij transit. Martialis in secundo Epigrammatum scripsit: *Contra Cæsaris forum est taberna.* Ex aduerso Coraxorum gentis, scripsit Plinius in secundo libro Natural. Histor. *E regione simpliciter, & sine adiectione aliorum verborum, meminime apud autores idoneos legisse. E-conuerso malè, melius mutata vice, vicissim vice versa, separatim ijs duobus verbis positus.*

Alterne.

Alterne libentius quàm *alternatim*, & *alternis vicibus* citius quàm *alternatis vicibus*.

vicibus dixerim. *Alternis absolute ac seorsum positum, est poeticum. Quot-annis & quot-mensibus separatim ponuntur utrobique: non autem recte coniunguntur, etiam si non habeant vim interrogandi: sed valeant idem cum eo quod sit, singulis annis, singulis mensibus.*

Alij malint per ὑφ'εν coniungi. Quot-annis, &c.

Nihil adhuc) aptius mihi, ac doctis frequentius viderur, Nihil dum, Cicero in Epistol. Famil. ad Cassium: Quaiquam nihil dum audieramus, nec ubi esses. Et alibi ad Pomponium Atticum: Hic nihil-dum de reditu Cæsaris audiebatur.

Nihil-dum.

Pro nullibi ponas nusquam: item que pro nullatenus, sint nequaquam, neutiquam.

Pro annihilare) dicas, ad nihilum redigere, delere, sustollere, è medio auferre.

Pro Inhabilitare) exautorare, in ordinem redigere, in priuatam formam cogere, seu redigere. Item que rehabilitare spurce dicitur: at pure, restituere in integrum.

Dispensationes seu indulta vocentur Præi- legia. Siquidem privilegium nihil est aliud, quam priuata lex, & à iure communi exempta. Præterea pro libertatibus ita in suo genere vulgo nominatis, hoc est, vacationibus ab oneribus publicis ac seruitutibus ponatur immunitas. Sunt autem inter se contraria, immune ac vectigale.

Priuilegium.

Immunitas.

Concordare non tam apte ac propriè si-

Co-

H 7

gnifi- re.

gnificat dissidentes inter se pacificare, seu constituere se pacis sequestrum, quàm cōgruere, atque adeo institutis moribusque inter se conuenire. Ita Terentius in Phormione: *Si concordabis cum illa, habebis quæ senectutem tuam oblectet.*

Reguli.

Solet M. Antonius Sabellicus, Liuium in primis imitatus autorem, certos quosdam magistratus ac principes inferioris notæ appellare *Regulos*, quales Italica lingua vocantur *Signori*, *Signorotij*. vnde colligo non esse *Regulum* duntaxat pro paruo rege intelligendum. Tametsi in Euangelio Ioannis 4. capit. *regulus* Græcis sit βασιλικός.

Baro.

Baronis nomen scimus à Cicerone receptum, & eminentiam atque maiorem aliquam potestatem significare: vnde Itali nomen *baroncelli*, suo more, tanquam *minorem baronem* finxerunt. Cicero l. 5. Epist. ad Atticum, in ea cui est initium, *Huiusmodi me literas: Apud Patronem, & reliquos Barones te in maxima gratia posui.*

Propina.

Propinare non deriuat à se *propinam*, vt hæc pro dono gratuito habeatur. Ego libentius *munus honorarium* appellauerim, probatissimorum quorumque exemplum secutus, idque generaliter vno verbo. Nam *strena*, *xenium*, *apophoretum*, non sūt vniusmodi, *Sportula* apud leguleios va-
leat

leat *munus* : nobis aliud quiddam sonat.

Sibimet imperare apud Terentium belle dicitur, qui omnes cogitationes, omnia consilia in promptu habeat, ad plausumq; & mores vulgi se norit accommodare. *Sibimet imperare.*

Opus : cum hoc nomen transit in vim adverbij, non semper necessario requirit præcedentem aut subsequenter ablativum casum, quamvis hic mos loquendi sit vulgarior. Bis siquidem Cicero inuentus est nominativum casum apposuisse. id vestigium quidem, uti apparet, sed pereleganter. Ita ille in secundo Epistolarum Familiarium ad Curionem scribit : *Dux nobis & autor opus est, & eorum ventorum, quos proposui, moderator quidam & quasi gubernator.* Idem in decimo quinto libro Epistolarum ad Atticum, in ea quæ orditur, *Antium veni: Equidem video mihi quoque opus esse viaticum.*

Opus est cum nominat.

Barbari aliquoties sic loquuntur, *Respectu pietatis, ratione doctrinæ est sublimatus.* Esi enim non nego rectè admodum dici, *habitus est respectus pietatis, doctrinæ habitatio*, tamen prioris sententiæ formam tu sic exprimito : *Ob pietatem & eruditionem vir ille ad tantum magistratum est subuectus : Ob bene gestam vitam, meruit illum locum obtinere : Ad hoc fasti-*

Respectus

Ratio.

gius

Suum commendatione virtutis & doctrinae peruenit. Sunt alia huius formæ innumera exempla.

Specificare.

Specificare nihil est apud doctiores, pro eoque sit Nominatim exprimere, planius facere, sigillatim ac suo quodque ordine referre, seu explicare. Cicero in oratione pro M. Cælio: Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet. Hic Barbarus pro suo inueterato more haud dubie dixisset, rem specificet.

Notificare.

Notificare. hoc verbum à plerisque reprobatur: nec verò facile admittatur, nisi forte autore Ouidio se tueri quis velit, qui sic habet lib. 1 de Ponto:

Atque modum pœnæ notificare velis.

Pro eo autem verbo subiiciunt alij, notum facere, seu euulgare, aut palam facere.

Pro certificare similiter ponitur certum, aut certiolem facere, seu reddere: licet eum etiã certiolem facere dicimur, qui alioquin nihil certi à nobis habuerit atque sic obtineat frequentior vsus scribendi, tamen aliter apud Tullium 9. lib. Epistol. Famil. Heri veni in Cumanum, cras ad te fortasse, sed cum certum sciam, faciam te paulo ante certiolem.

Clarifico.

Clarifico) nescio si hoc verbum apud vetustos autores facile inuenias, præterquã apud Virgilium in carmine illo Asclepiadeo

piadeo coriambico de fortuna,

Nec quos clarificat, perpetuo fouet,
Pro clarificare, alij libentius ponunt *illu-*
strare.

Victoriosus) vix nisi autore inuentore. *Victorio-*
que Catone recipitur. Ita annotauit Au- *sus.*
lus Gellius capit. 9. libri quarti Noctium
Atticarum. Præterea putant *industrius*, *Indu-*
non *industriosus* dicendum. Fateor illud *strius.*
quidem, si personam designes. Valerius
Maximus autem certam actionum dixit
industriosam.

Facilitas morum in bonam partem, pro- *Facilitas*
cliuitas autem in peiorem vertitur, autore *morum.*
Cicerone libro quarto Tusculan. Quæ-
stionum.

Nomen *loquelæ* propriè non est accipi- *Loquela.*
endum pro singulari aliquo, ac veluti pa-
trio aut gentilitio more loquendi: sicuti
Barbari solent dicere, *loquelam Germani-*
cam, aut Gallicam. quin potius est series a-
liqua verborum. Ita Virgilius in quinto
AENEIDOS:

Funditque has oras loquelas.

Videtur tamen *loquelæ* vocabulum vix ab *Loquela-*
oratoribus passim receptum, & inter ob- *riter tamē*
soleta habendum: nec ferè apud Cicero- *Longius*
nem reperitur, nisi citatum ex Pacuio se- *legit in*
mel, lib. 4. de Finibus bonorum. Et alibi *somnio*
lib. 3. Tusculanarum quæstionum. *Scipionis.*

Miscel-

Miscellanea.

Miscellanea) hæc vox à multis putatur esse fœminini generis, sequentibus opinor expositionem Calepini, aut communi alioquin errore laborantibus: cum sit heteroclitum, neutri generis. tametsi derivatione quadam Gellius in vltimo libr. Noct. Attic. certam doctrinam vocauit *miscellaneam & confusaneam*.

Commodum & incommodum.

Commodum pro emolumento, *incommodum* pro damno aliqui ponunt. Ceterum quantum inter hæc vtroque distet, qui forte scire volet, legat 3. libr. Ciceronis de Finibus bonorum.

Non potuit conceptum mentis exprimere) ita plerique loquuntur, pro eo quod sit, *sensa animi exprimere*. quos vt non improbo prorsus, ita rursus elegantio rem modum loquendi traditum inuenio. Elegans certè illud Terentij in Phormione: *Vbi ad iudices ventum est, non potuit cogitata proloqui*

Malæ fidei possessor.

Malæ fidei possessor) frequentiora apud doctos ista, ac fortasse meliora, *Dominator, occupator, inuasor*. *Dominatus* ferè in malam partem accipitur, quin *Domini* nomen tanquam tyrannicum plerique Cæsares consultò euitauerunt, nec tamen idcirco semper inuidiosum ac intolerabile. Pro *Dominio* pone *Ditionem*, quæ intelligenda est pro iure & autoritate imperandi,

di,

di, non pro finibus imperij alicuius: vel documento queat esse illud Liuij in 1. lib. 3. Decados *Ea gens in parte magis quàm ditione Carthaginensium erat. Loco ditionis male scribitur Districtus.*

Diaecesis proferatur, scribaturque antepenultima syllaba per diphth. siquidem Græci sic scribunt, *Διοίκεσις.* *Diaecesis.*

Indignus non semper est reprobus, sed propriè *immeritus*. Cicero in Lælio: *Quàm multa enim que nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum: precari ab indigno, supplicare.* hinc venit nomen *indignitatis*, affine admodum contumeliæ. Cicero libr. 4. ad Herennium: *Nequeo verbis consequi indignitatem rei.* *Indignus.*

Dignatio plerumque est magnatum ac principum Liuius lib 2. ab vrbe condita: *Appius interpres lectus, haud ita multo post in principium dignationem peruenit.* *Dignatio.*

Vrbs & Ciuitas quatenus inter se differunt, aliqui ignorant. Eam differentiam facile cognosces ex his verbis Ciceronis in oratione pro P. Sextio: *Tum conuenticula hominum, quas postea Ciuitates nominauerunt, tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus.* *Ciuitas & Vrbs differunt.* Hac igitur ratione possit dici *ciuitas*, quæcunque vniuersitas populorum, communi lege ac ritu viuentium: vulgo, *communitas* vel *commune*, &c.

Apud

**Mathe-
matici.**

Apud Tranquillum legimus in vita Tyberij, Mathematicos olim Roma aliquandiu expulsos fuisse. Hic Mathematici sunt, qui aliàs *diuini*, aliàs *mantici* vocantur. Ita eiusdem nominis homines & boni, & infames olim fuerunt. nam Mathematicas disciplinas eas quoque docti nominant, quæ circa pondera, numeros, & mensuras versantur.

Caristia.

Caristia pro annona graui, seu difficili, male sumitur. Est enim in hac significatione Italici verius quàm Latini sermonis. $\chi\alpha\rho\iota\sigma\tau\iota\alpha$ quidem Græcis sonat *gratiam*, seu *decentiam*.

**Dies ro-
gationum**

Dies rogationum, & sacrificia precaria, seu propiciatoria, meritò dici debent *dies supplicationum*. Præterea schedulæ, quas indocti *supplicationes* vocant, sunt *supplices libelli* dicendi.

Ita exponit Beroaldus in *Commentarijs* super Iulium in Suetonio, & Calderinus in 8. *Epigrammatum* Martialis, super hos versus:

*Sed iam supplicibus dominum lassare libellis
Desine, & in patriam serus ab vrbe redi.*

**Sacrifi-
care,**

Sacrificare, *sacra facere*, *rem diuinam facere*, *litare*, *operari sacris*, eodem ferè tendunt. Nusquam autem reperisse me apud

Operari.

doctos recordor *Operari* simpliciter pro labore. quamuis hic passim erreretur. Ferè

au-

autem operari refertur ad sacra. Iuuenalis Satyra II.

Et matutinis operatur festa lucernis.

Ovidius in Amoris, de Ennio:

Nunc hederæ sine honore iacent, operataque doctis

Cura vigil Musis, nomen inertis habet.

Et iterum:

Quum sedeat Phariæ sacris operata iuuentæ.

Catullus:

Cynthia iam noctes est operata decem.

Liuius 21. lib. *Et subinde alijs procurandis propè tota ciuitas operata fuit.*

Instrumenta publica, aut literæ autenticae *Instru-
menta pu-
blica.*
vocantur *tabulæ*, aut *tabellæ*. Arcam aut locum, vbi reponuntur, vulgo *copisteriam*, aut *cancellarium*, Cicero in oratione pro Archia poeta vocauit *Tabularium*. *Bullas* quoque *diplomata* vocari, nemo mediocriter doctus ignorat,

Cicero quasi primus omnium hanc vocem *Proportio* vsurpauit (sicuti apparet ex verbis ipsius in libello de Vniuersitate) aut quod vero fit similis, prius timide vsurpatam, deinceps comprobendam duxit.

Anticipare me memini reperisse apud doctos, non autem *posticipare*. Cicero in 8. lib. Epistol. ad Atticum: *Dices, quid igitur proficis, qui anticipes eius rei molestiam,*
quam *Anticipare.*

quam triduo sciturus sis. Virgilius in Rosa:

*Strictior Eoos præcesserat aura iugales,
Æstiferum suadens anticipare diem.*

Nomina
facere.

Nomina facere doctiores vsurpant pro eo quod sit sufficientem cautionem dare. Et ita Petrus Marius & Franciscus Maturantius Perusinus, intelligunt illud Ciceronis in 3. lib. Officiorum: *Emit homo cupidus & locuples tanti, quanti Pythius voluit, & emit instructos, nomina facit, negotium conficit.* Idem libro 7. Epistolarum Familiarium ad Fabium Gallum: *Tantum ex Arpinati veneram, cum mihi à te literæ redditæ sunt, ab eodemque accepi Aniani literas, in quibus hoc inerat liberalissimum, nomina se facturum qua ego vellem die.*

Nomina
dare.

Nomina dare est se in militiam scribi facere, aut in communem societatem conspirationis coire. Nostorum hominum quidam scribunt, *Nomina dare Evangelio*: sed licentia (vt mihi videtur) aliquanto maiore, quam decet. Lilius in 1. libro ab vrbe con. *Id non traditur, quum haud dubie aliquanto numerus maior hoc mulierum fuerit, ætate an dignitatibus suis, virorumve, an sorte lectæ sint, quæ curijs nomina darent.* Et lib. 27. *Ceterum in ipso itinere auctum voluntarijs agmen erat, offerentibus sese vltro, & veteribus militibus, persuactis iam militia, & iuuenibus, quos certatim nomina dantes,*
 &c.

&c. Et Cicero in septima Philippica: *Nobis omnes sine vlla recu.atione summo etiam cum studio nomina dant, &c.*

Nomen deferre, est quodammodo *accu- Nomen*
sare. Cicero in oratione pro Sexto Roscio *deferre*.

Amerino: *Quod si aut causa criminis, aut fa-
cti suspicio, aut quaelibet denique vel minima
res reperietur, quamobrem videantur illi non-
sibi tum in deferendo nomine secuti. Et pro
A. Cluentio: Proposito ante oculos vite peri-
culo, nomen Oppianici detulisse. Et in oratio-
ne pro M. Cælio: Siquidem non modo nomi-
na deferunt inter se sodales, sed etiam sodali-
tatem commemorant in accusando.*

Audientia et si est nomen Latinum, ta- *Audien-*
men ineptè loquuntur, qui hominè mul- *tia*
tæ autoritatis ac gratiæ, aut celebris exi-
stimationis, dicunt esse *magnæ audientiæ*.

Gerere inimicitias ac similtates, aliquan- *Gerere*
to est vehementius, quàm *habere*. id quod *inimici-*
declarat hæc *augustinus* Ciceronis in oratio- *tias*.
ne pro M. Fonteio: *An verò dubitatis, iudi-
ces, quin insitas inimicitias istæ gentes omnes
& habeant, & gerant cum populi Romani no-
mine?*

Deliquiura solis aut lune male dicitur: re- *Deliquiur*
etius eclipsis, aut si cum Plinio Latine ma- *solis*.
lis loqui, *defectus solis*. Cicero li. 2 de Na-
tura deorum, & in Catone dixit, *defectio-
nem solis ac lune*.

Votum

*In votis
habere.*

Votum habere, & in votis habere, inter se discrepant. In votis habere, est rem aliquam totis animis concupiscere, optare. que alterius passim est nota significatio, in cuius sententiam etiam dicimus, votum nuncupare, votum facere, votum vouere, votum suscipere. Item, votum soluere. Martialis in octauo:

*Quantus io mundi Latias conuentus ad aras,
Suscipit, & soluit pro duce vota suo.*

*Secum
constare.*

Secum constare, est suimet compotem esse, & vim ingenij animorumq; firmam, vegetam stabilemq; permanere. id quod etiam aliàs dicitur, Secum ex omni parte consistere. Cicero lib. 1. Offic. Multo est rei cura maior adhibenda, vt constare in vitæ perpetuitate possimus nobismet ipsis, nec in vlllo officio claudicare. Idem lib. 1. Tuscul. Quæst. Et si tibi quidem constare vis, &c. Ouidius in 2. de Arte amandi, secum habere ingenium dixit, cui nihil aliena industria aut consilio sit opus:

Secum habet ingenium, qui, cum libet, accipe dicit,

Cedimus inuentis plus habet ille meis.

Suffragari.

Suffragari plerumque est verbotenus opitulari, & quasi collatis suffragijs ad sententiam alterius accedere. Non tamen nego, etiam suffragationem pro quocunque auxiliij genere aliquoties accipi. cum Bar-
bari

bari
aut
ling
habu

O
A
Rece
liter
disp

I
quic
nem
baru
seu
peru
bi,
gio
niue

peru
spee
dam
fiæ
sis p
quo
tol
nigi
der
vel
I
alie

OBSERVAT. HISTOR. 139

bari dicere volunt, aliquem tot puncta aut suffragia tulisse, male merentur de lingua Latina si dicant, aliquem tot vota habuisse. Horatius in Sermonibus:

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Apud Ciceronem non temere reperias, *Recepi literas tuas*: sed frequenter, *Accepi literas tuas*. Ceterum Plinio Iuniori non displicuit scribere, *Recepi literas tuas*.

Insomneitas dicitur à Medicis morbus quidam, qui ubi acceperit continuationem, fit letalis: quod vocabulum quia Barbarum est, ponatur eius loco *peruigilium*, seu dicamus *vigilias immoderatas*. Est tamē *peruigilium*, non solum naturæ atq; morbi, sed etiam officij. Ita Suetonius de Sergio Galba scribit, quod certam deam *anniversario peruigilio coluerit* ut ibi nomine *peruigilij* intelligas symbolum aliquod, ac speciē vigiliarum, quibus Christiani quōdam tempore nascentis florentisq; Ecclesiæ festis noctibus utebantur, ritu fortassis propè pari, religione diuersa. Ceterum quod ad *insomneitatis* vocabulum attinet, tolerabilior paulo temeritas videatur *peruigilij* significationem paulo latius extendere, quàm Barbaram vocem vsurpare velle.

Insomneitas.

Peruigilium.

Inter *bibacitatem* & *temulentiam* video *Bibacitas* aliquid interesse, ita ut *bibacitas* paulo plus

I

plus

plus comprehendat, ac non semper in vicio ponatur. namque potest esse naturæ: sicuti per translationem dicimus, *spongiam bibacem*. Potest etiam accidere ab irritatione morbi, sicuti hydroxicos, aut laborantes febribus ardentibus, ea ratione bibaces quidem dixeris, non protinus temulentos. Extat insuper Plutarchi commentariolus quispiam de *loquacitate*, in quo distinguit inter *vinositatem* & *ebrietatem* his verbis, οἰνώσεως καὶ μέθης διαφορὰν ταύτῳ εἶρηκεν, οἰνώσεως μὲν ἄνεσιν, μέθης δὲ φλυαρίαν. *Vinositatis* discrimen hoc esse, & *ebrietatis*, ait: *vinositatis quidem, relaxationem seu exhilarationem: Ebrietatis autem, importunam loquacitatem*. De hoc etiam Plato libro 1. & 2. de *Legibus* copiose tractat.

περὶ ἀδο-
λοχίας.

Cena

Cena pro meridiana quoque cibatione, seu accubatione ad mensam accipitur. ita apud Festum repperi, & apud autores obseruavi.

Reprehendit Beroaldus in certis suis annotationibus Seruium, scribentem in *Commentarijs* super libros *Aeneidos*, quod *compago* non mittat de se *compaginis*. atque ibi Beroaldus adducit Ouidium, qui in lib. *Metamorphoseon* alicubi à nominatiuo *Compago*, deflexerit ablatiuum *compagine*. Certè ego cum Seruio libenter sentio.

tio.
m
n
al
ob
g
in
qu
es
id
m
g
m
pl
ce
m
g
te
in
in
qu
no
ra
li
re
pr
ha

tio. neque enim semper in deriuandis nominibus licentiam poetarum obseruare nos decet. Sed nihil mirum de Beroaldo alicui videatur, quod quascunque voces obuias libenter fuerit amplexatus, qui singulas paginas floribus Apuleianis quoque inspergere in delitijs habuerit.

Phil. Beroaldus Apuleianus.

Catholicum aliqui existimant esse idem, quod Christianum, seu pium, dicentes: *Ille est homo Catholicus*. Ceterum *catholicus* idem est, quod *uniuersalis*, *publicus*, *communis*.

Catholicus.

Nihil vetat omnino, quin iudices vulgo *Scabinos* aut eiusmodi homines vocemus *Iuratos*, quo nomine etiam scimus in plerisque orbis terrarum partibus à plebe censerì. Et ut è multis exemplis, ac minime dubijs coniecturis (quæ facile colligantur ex Tullij orationibus) vnum saltem locum Ciceronis proferamus, ita ille in 1. lib. de Inuentione: *Religiosum est, quod iurati legibus iudicauerunt*.

Iurati.

Prærogatiuum priscis temporibus pro quodam quasi *præiudicio*, quod rogationem præcederet, habebatur. Cicero in oratione pro L. Muræna, licet hæc verba alij inuertant: *Etenim si tanta illis comitijs religio inest, ut adhuc semper omen valuerit prærogatiuum*. Hæc ille. *Prærogatiuum* habebatur in vicem boni ominis. Erat

Prærogatiuum.

I 2 quon-

quondam *prærogatiua militaris*, vt cum milites aliquem acclamassent Consulem, aut Imperatorem, hoc est, quod Cicero paulo ante in eadem oratione dixit: *Voluntas militum*, cum per se valet multitudine, tum apud suos gratia, tum verò in Consule declarando, multum etiam apud vniuersum populum Romanum autoritatis habet suffragatio militaris. Et Liuius in præfatione super Decadem tertiam: *In Asdrubalis locum haud dubia res fuit, quin prærogatiuam militarem, qua exemplo iuuenis Annibal in prætorium delatus, Imperator que ingenti omnium clamore atque assensu appellatus erat, fauor etiam plebis sequeretur.* Porro quod *prærogatiuam* aliqui accipiunt pro *præuilegio* aut *eminentia*, qua alijs quis præstet, non vides qua autoritate nitantur, imò qua ratione excusentur, sed redeo ad *prærogatiuam*. Ea per tribus aut centurias distributa atq; habita, tum accedebatur ad collationem iuffragiorum, dehinc siue ad declarationem eius, qui designatus fuisset, siue ad legislationem. Quod nisi præcessisset rogatio ad plebem, abrogari poterat lex. Ita Cicero in quinta oratione Philippica: *Nunc verò cur non abrogandas censeam, quas iudico non rogatas?* Quod si rogatione ad plebem facta aliquis docuisset, id de quo lex ferenda erat mali exempli fore, nec

tolle-

tolerandam legem eiusmodi, ea demum
Intercessio vocabatur.

Præiudicium vulgo male pro accepto detrimento intelligi, ab alijs quoque traditum scio. Quare huius erroris duntaxat lectorem admonuisse fatis erit. vim tamen huius vocabuli apertissimè intelligas ex ijs verbis Ciceronis in libr. Epistol. ad M. Brutum in ea quæ incipit, *Quanta sim lætitia affectus*. ita enim ille: *Quid enim nondum Senatus censuit, nec populus Romanus iussit, id arroganter non præiudico, neque renovo ad arbitrium meum. Quin notæ animadversionesque censorum olim pro præiudicijs, non autem pro rebus iudicatis habebantur. Testantur illud verba Ciceronis in oratione pro A. Cluentio, cuius hic ego verba subiungam. sic enim ille: Hic primum illud commune proponam, Numquam animadversionibus censorijs ita civitatem hanc contentam, ut rebus iudicatis fuisse. Omitto brevitatis causa exempla, quibus ipse propositam assumptionem subsequitur. tandem nihil vetat, quin sententias interlocutorias, & priorum instantiarum, ut istorum more loquar, voces præiudicia.*

Præiudicium.

Inhibitionis loco fortassis non male ponatur *interdictum*. nam dubio prosul hoc verbo *Interdicti* intellexit Cicero vulgo di-

Interdictum.

Etiam inhibitionem, siue arrestationem bonorum. Ita ille habet in oratione pro A. Cecinna: *Cum aliud nihil videatis actum, nisi possessionem per interdictum esse repetitam.*

Allegare.

Allegare præter vulgarem significationem, etiam est subornare, summittere. Et tam in bonam, quàm in malam partem accipitur. In malam apud Terentium in Andria: *Hoc modo te obsecro, ut ne credas à me allegatum hunc senem.* In bonam verò apud Ciceronem lib. 15. Epist. Famil. ad Marcellum Cons. *Si mihi tecum esset quàm est cum tuis omnibus, allegarem ad te omnes à quibus intelligis me præcipuè diligi. id est, mitterem, induceremque eos, quorum cura commendationeque me confiderem apud te gratiosum fore.*

Etsi temerarium videtur certas voces longa consuetudine usurpatas, extra ordinem redigere velle, videor tamen mihi sine vitio aut nota aliqua temeritatis hæc vocem *inanire* meritò excludere reiicereque posse, pro quo censeo *exinanire* dicendum.

Exinanire.

Cicero lib. 1. Actionum Verrinarum: *Siculorum ciuitates vastasse, domos exinanisse. fana spoliasse dicunt.* Et Liuius lib. 5. ab vrbe condita: *Satius igitur esse reconciliari eo dono plebis animos, exhaustis atque exinanitis tributo tot annorum succurri.* Non tamen nego

Inanire.

Plinium usum fuisse hoc verbo *Inanire.*

Amplia-

Ampliare pro *amplificare* accipi, nonnullis displicere scio, quorum me errorem quandoq; secutum fuisse ingenue etiam nū confiteor. sed tamen præter alios quoque non puduit Martialem in ea significatione illo verbo uti. Sic enim ille in 10. li.

Ampliat ætatis spacium sibi vir bonus, hoc est Viuere, bis vita posse priore frui.

Est autem sua quædam peculiaris acceptio *Ampliationis*, quam hic non sit præter rem explicare. Fiebat olim *ampliatio*, cum prius lege decernebatur, si causa agitata in iudicium deduci deberet. Ita, exempli gratia, Posthumia virgo vestalis, apud Liuium lib. 4. cum in suspicionem criminis venisset ob cultum amœriorem, facilitatemque morum, prius de suspicionem cœptum est agi, nunquid leuis aut temeraria, ac proinde reiicienda videretur. Ea cum locum maledicis daret, ne de incestu tamen quicquam constaret, pro collegio Pontificum absoluta fuit. Est ergo *Ampliare*, tanquam præiudicio facto iurisdictionem continuare, vsque ad pronuntiationem vltioris sententiæ. Alij putant *Ampliationem* esse, cum iudices incognita sibi merita causæ confitentes (ut more vulgato loquar) litigatores ad superiorem iudicem remittunt: quem morem apud nos scimus peruulgatum esse. Quo modo putant illud Ciceronis in tertia

Ampliare

Ampliatio.

*Sic fere
Ascon.
Pad.*

actione Verrina intelligi oportere: *Et si lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti sibi turpe existiment, non primo iudicare. verum hæc expositiones ambæ ferè eodem incidunt. De hoc etiam aliquid Beroaldus in li. Annotationum suarum, ne debita laude ipse fraudetur. aliàs tamen à nobis quoque obseruatum, ne cadaueribus ab aquila relictis, tanquam vultures aut coruos, forte nos pasci putes.*

*Esse animo reuorso, siue omisso, atque animo ad rem attento, itemque consulere sibi in longitudinem, contrario modo inuicem se habent, ac pulchre sciunguntur à Chremete apud Terentium in Heautontimorumeno. Namque sic ille: *Vbi te vidi animo esse omisso, & suavia in presentia que essent, prima habere, neque consulere in longitudinem.* Et idem in Adelphis: *Attentiores ad rem sumus omnes, quàm sat est.* Et ibidem quoque: *Vitium commune omnium est, quod nimium ad rem in senectâ attenti sumus.* Eodem ferè pertinent, hinc, *Dare operam rei, & satagere rerum suarum: illinc, In diem, in horam viuere.**

Ad decus & ornatum Epistolar. facit, quippe quæ breuitate commendentur, vt interdum verba omittamus. sicuti (verbi gratia) est apud Ciceronem: *Sed quid ego hæc ad te? An non sus, quod aiunt, Mineruam?*

Aliàs

Aliàs coram plura. Sed enim quia de obseruatione istiusmodi locutionis nulla certa præceptio tradi potest, imitemur sane Ciceronem, ad exemplarque huius totam rationem styli nostri accommodemus, qui isthæc scite appositeque, vti omnia, scripserit.

*Cicero
imitan-
dus cur.*

Telonearius dici non debet, quamuis auctore Calepino Bergomate: sed *Telones*, aut *portitor*. Tamen me non latet, paulo longius se porrigere nomen *portitoris*. Præterea *publicani* nomen etsi vsu quodam in vitio ponatur, tamen Ciceroni in oratione pro Cn. Plancio est honestissimum visum, quo loco laudes *Publicanorum* profequitur, & mirifice attollit.

*Telonea-
rius.*

*Publicani
à Cicerone
laudati.*

Rhythmus contra quorundam captum & intelligentiam, auctore Cicerone libro de Oratore, dicitur, quicquid sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest à versu: hoc est, mea quidem interpretatione, quicquid per numeros voluitur, & apta ac concinna periodo circumscribitur, terminaturque. Solent enim rhythmi afferre gratiam aliquam oratori, & quasi mollius in animos auditorum influere. In quam sententiam dixit alibi idem: *Quasi verò Trallianus fuerit Demosthenes; cuius non tam vibrarent fulmina illa, nisi nervis contorta ferrentur.* ita ille. Est tamen,

*Rhyth-
mus.*

I S. *ficus*

sicuti aliarum rerum, ita rhythmorum quoque vitanda crebritudo, propter affectatae suspicionem artis, ac diligentiae nimiae: nec tamen ideo committendum, ut oratio nostra hians ac salebrofa videatur.

Piissimus.

Piissimus non esse vocem Latinam, auctor est Cicero in decimatertia oratione Philippica: Nuper apud quendam non incelebris opinionis virum Germaniae, inueneram scriptum *munificissimus*, obsoleto illud certe ac prorsus posthabito more. Pudebat me sane vicem hominis: cum pueris quoque constare debeat, *munificentissimus*, sicuti *pietissimus* dicendum esse. Ceterum non me fugit, priscis olim temporibus in usu fuisse, ut *beneficissimus*, *munificissimus* diceretur. verum ille mos loquendi postea apud doctos obsoleuit.

Congratulor.

Congratulor, aptius existimant, si dicas, vniuersus senatus, omnium Ordinum consensus congratulatur tibi, quam *congratulator tibi*. ita ut congratulatio sit plurimum a quibus fiat; *gratulatio* vero vnius, aut multitudinis promiscuae.

Vexillum, maxilla frugalis, haec tria scribit Quintilianus li. 1. Oratoriarum institutionum, euulsa a Latino sermone. Credo illum ad prisca & abolita tempora respexisse, cum alioquin in receptis habeantur. De hoc etiam videatur Cic. li. de Oratore.

Expo.

Expostulare non semper est subaccusare, *Expostulare.*
 seu appellare aliquem de accepta iniuria, *lare.*
 verum etiam vehementer postulare, &
 quasi enixe contendere. Suetonius in Au-
 gusto: *Reconciliatus est post primam discor-*
diam Antonio, expostulantibus utriusque mi-
litibus, ut ex necessitudine aliqua iungeren-
tur.

Ius prosequar, aut *ulteriores processus fa-* *Ius pro-*
ciam; ita legulei loquuntur. qui ut certa *sequi.*
 autoritate nitantur, aut suo usu sint auto-
 ritatis loco contenti, tamen Cicero & Te-
 rentius dixerunt, *Ius prosequar*. Itaque prior
 in oratione pro A. Cecinna: *Si aut mihi*
prescribat, quemadmodum meum ius perse-
quar. Et posterior in Adelphis: *Crede, hoc*
ego meum ius prosequar.

Sequelæ nomen non temere apud vetu- *Sequelæ*
 stos autores reperias, præterquam apud
 Aulum Gellium.

Desuetudo non est simpliciter mala, sed *Desue-*
 contraria, aut diuersa consuetudo. Fieri *tudo.*
 autem potest, ut *desuetudo* sit bona & lau-
 dabilis, quemadmodum apud Liuium li.
 I. ab Urbe condita, de Numa Pompilio le-
 gitur: *qui regno ita potitus, urbem nonam*
conditam vi & armis, iure legibusque ac mori-
bus de integro condere parat, quibus cum inter
bella videret assuescere non posse, quippe effe-
ratis militia animis, mitigandum ferocem

populum armorum desuetudine ratus, &c.

Hoc te concernit) sic Barbari. Tu aliter, hoc te contingit, attingit: hoc tui muneris, officij, partium est: tuæ partes hæ sunt: ad salutem, dignitatem, existimationem tuam pertinet: Tua res agitur, tua aut tui officij interest, hoc negotium tibi incumbit, hoc negotium te respicit.

Contentus. Calepinus exponens illud Terentij in Eunucho: Neque tu vno eras contenta, neque solus dedit: mire se contorquet, vt doceat *Contentus* esse passivi generis, vt contenta idem valeat quod satisfacta. Reprehenditque hac parte Laurentium Vallensem, sed immeritò. Etsi enim *contentus* etiam est participium, tamen eo loco est nomen, nihil præter sonum cum actiuo aut passiuo participio habens commune. Ita etiam Terentius in Eunucho: *Scitum* hercle hominem dixit, quo loco *Scitus* intelligi queat, pro *sciente* & *lepidò*. Ad eundem modum Cicero *dissolutum* filium, pro insolente dixit in 4. libr. Tusculan. Quæstio. Itemque *circumspectus* est, non qui circumspiciatur, sed qui in omnem partem sit intentus. Nam hoc quoque vocabulum me apud Ciceronem inuenisse memini, tametsi loci ipsius recordatio statim non subit animum. Reperi etiam *circumspectum* apud Suetonium in vita Tiberij,

Scitus.

Dissolutus

**Circum-
spectus.**

Sic lingua
inirata
apud Ci-
cer. 1. of-
fic.

berij,

berij, vbi sic habet: *Adduci tamen nequeo, quin existimem. circumspectissimum & prudentissimum principem in tanto praesertim negotio nihil temerè fecisse.*

Quod à nonnullis hæc vox *Magnifica* Magnificare deuitatur, nec patiantur dici, *Magnificat* care. *anima mea Dominum*: nos contra producemus Terentium, cui ea vox non putuerit. nec verò autorem video cur quisquã fastidire possit, quippe qui duplici nomine à Cicerone commendatur: & quia in re ludicra argumentum de se boni philosophi reddiderit: & quia ipsius fabellæ (teste Tullio in 7. ad Atticum) *ob elegantiam sermonis, & styli affinitatem a C. Lelio scriptæ plerisque videbantur.* Sic enim ille habet in Hecyra: *Quem ego intellexi illam. haud minus. quam se. ipsum. magnificare.*

Supplicare est paulò demissius orare, *Supplicare* obsecrareque ducto more à miseris, qui plicatis manibus ferè rogant: non autem sicuti Calepinus scribit, à genibus poplitibusque plicatis. Argumento fit illud Poëtæ,

Supplices tendunt ad sidera palmas.

Adorare est, tacitè secum, & quasi cum *Adorare* admiratione venerari. neque adeò solum ad res diuinas *Adoratio* refertur, vt Iuuenalis etiam dixerit:

I 7

Ipsè

Ipsæ Medullinæ frictum crissantis adorat.

Assurgere *Assurgere* alicui est honorem paulò reuerentius deferre: à ritu, quo honorationibus assurgimus.

Humiliare. *Humiliare* doctis non placet, maluntque eius loco dicere *summittere*, & pro *humiliter* ponunt *summissè*. Ita Cicero-
Submittere. nem locutum inuenio in oratione pro Cn. Plancio: *Tribubus summissi me, & supplicavi.* Et in lib. 1. *Offic. Quocirca benè præcipere videntur, qui monent, vt quanto superiores sumus, tanto nos summissius geramus.*

Bono & fraudi esse *Bono & fraudi esse*, contrario modo inuicem se habent. Cicero in oratione pro Sexto Roscio Amerino: *Accusant ij, quibus occidi patrem Sexti Roscij bono fuit.* Et in oratione eadem: *L. Cassius, ille quem P. R. verissimum & sapientissimum iudicem putabat, identidem in causis querere solebat, Cui bono fuisset.* Et in secunda Philippica. Et pro Milone. *Vsurpetque illud Cassianum, Cui bono fuerit.* Et Liuius 39 *Quæstionem deinde de Bacchanalibus sacrisque nocturnis extra ordinem mandauit, indicibus Ebutio ac Feceniæ, ne fraudi ea res sit curare, & alios illicere, ac præmijs inuitari iubent.* Et postea: *Ne quid ei qui*
eam

eam duxisset, ob id fraudi ignominie ve esset.

Tuo bono feci, tuo magno bono feci Comi- cum & elegans, cum beneficium alij col- latum ornare, aut in optimam partem interpretari volueris. Ita Livius in prin- cipio secundæ Decados, *bono reipubl. face- re dixit.* Et ita ferè Cicero in Epistola quadam ad M. Brutum: *Si minus id com- modo reipubl. facere posses.* Livius in 28. lib. tertiæ Decados: *Et si id bono publico faceret simul.*

Confiscare, hoc verbum à quibusdam deuitari intelligo, potius scribentibus, *in ærarium publicum redigere, vel fisco ap- plicare.* (tametsi Plinius in Panegyri- co ad Traianum, distinguit *ærarium & fiscum.*) Suetonius tamen in Augusto scripsit: *De victis his, & confiscatis, promif- sa veteranis præmia soluerentur.* Verum- tamen pro hac voce Cicero habet libr. 2. Rhetor. veteris, *publicare.* Lex est apud Rhodios, vt si qua rostrata in portu na- uis deprehensa sit, publicetur. Cum ma- gna in arcto tempeftas efferet, vis vento- rum, inuitis nautis, Rhodiorum in por- tum nauem coëgit. *Questor nauim popu- li vocat. nauis dominus negat publicari o- portere.* Idem in oratione pro P. Sextio: *Ille Cyprius miser, qui semper socius,*
sema-

Tuo bono feci, bono publico &c.

Cæs. lib. 1. bell. Gall.

& lib. 5.

Et lib. ep.

fam. 1 e-

pist. 1. lib. 3.

ad App.

lib. 13. ad

Memm.

ad Att.

lib. 1. &

lib. 14. ep.

26.

Confisca-

re.

Publica-

re.

semper amicus fuit, de quo nulla vmq̄am suspicio durior ad Senatū, aut ad Imperatores nostros allata est; viuus (vt aiunt) est, & videns cum victu aut vestitu suo publicatus.

Niti.

Hoc verbum *Niti*, contra vulgatum morem loquendi præpositionem *In*, quæ subsequatur, non desiderat. ita Cicero- nem semper ferè locutum obseruavi, sed tamen nonnulla exempla proferemus. Habet ille lib. 1. Officiorum: *Est igitur adolescentis, maiores natū vereri, ex hisque diligere optimos ac probatissimos, quorum auctoritate atque consilio nitatur.* Item in oratione pro M. Cælio: *Cum tanta gratia curis que opibus accusatio vestra nitatur.* Et ibidem: *quæ firmissima sunt, si nitantur iudicio suorum.* Verūm satis exemplorum esto. tu tamen meo iudicio subscribes, cum ablatiuus casus necessario sequitur verbū hoc *niti*. sicuti solent nonnulli dicere, *Iste nititur in prudentia sua, &c.*

**Secessus.
Secessio.**

Secessum & Secessionem tametsi non nego sæpenumero confundi, tamen Germana horum verborum significatio est diuersa. *Secessus* quidem aut locum significat, ad quem laxandi animi gratia declinamus, aut ipsam talem declinationem. *Secessio* autem intelligitur fieri ob serias aliquas causas tractandas, sed ita ferè in
malam

malam partem accipitur. Ita Liuius 2. lib. Annalium meminit *secessionis plebis Romanae* in Auentinum montem factæ. & Cato in oratione de lege Oppia abroganda, apud eundem lib. 34. *muliebrem secessionem* appellauit eam, quæ ad tumultus & seditiones excitandas fuisset parata. Apud Cæsarem, item libro primo de bello Põpeiano *secessio* accipitur pro auersione quadam & digressionem, studio seditionis facta. Libet autem verba subiicere, quomentem autoris percipias melius: *Quotiescumque sit decretum (inquit ille) magistratus darent operam, ne quid respublica detrimenti acciperet, qua voce & quo senatusconsulto populus Romanus ad arma sit vocatus, factum in pernitiolis legibus, in vñ tribunicia, in secessionem populi, templis, lectisque editioribus occupatis: atque hæc superioris ætatis exempla expiata, Saturnini atq; Gracchorum casibus docet. Quarum rerum illo tempore nil factum, nec cogitatum quidem, nulla lex promulgata, non cum populo agi ceptum, nulla secessio facta.*

Contrarietas & Nimietas, si retro ad vetustatem respicias, ætate Ciceronis videntur mihi in vsu non fuisse. Sin verò Macrobius autor tibi satisfacere valet, hic illis verbis est in Saturnalibus vsus.

Instar non semper similitudinem format,

Contrarietas.
Nimietas

Instar.

MA,

ma, seu (vt ita dicam) exemplaritatem, verumetiam magnitudinis comparationem exprimit. Ita Vergilius in secundo Aeneidos:

*Instar montis equum, diuina Palladis arte
AEdificant.*

Quid factum est?

Quid factum est? hoc eleganter à poetis vsurpari video, adhibeturque commodè, dum alij molestiam aut consternationem subito alius conatur ex animo leuare, facti ipsius culpam, aut offensionem minuendo. Sic Martialis in quinto, & in septimo:

Quid factum est rogo? quid repente factum?

Et in decimo:

Quid rogo, quid factum est? subiti quæ causa doloris?

Nil mihi respondes? dicam ego, Prætor erat.

Bona pars.

Bona pars non semper pro magna accipitur, sed pro ea quæ alioquin non videatur contemnenda. alioquin frustra Terentius in Eunucho bonæ parti magnam subiunxisset, cum dicit: *Nam hic quoque bonam magnamque partem ad te attulit.*

Doleo, misereor casum, sortem, conditionem, vicem, fortunam tuam, benedicimus: non autem compatior tibi. Pro compassione

fione

sione in hac certe significatione melius dicimus *commiserationem*, aut *mutuum seu communem dolorem*. Græci aptius *συμπαθίαν* exprimunt. Et Cicero ipse, aut quasi inuitatus *πένθεισιν*, aut quasi Græcè rem aptius notare volens, ita habet in 1. epist. 12. libri ad Atticum, *Atticæ hilaritatem libenter audio, commotiunculis συμπαθῶ.*

Condoleo tibi, doctis hæc forma loquendi displicet. Cæterum ad alium modum Plautus in Truculento: *Nam mihi de vento miserè condoluit caput. Condolere absolute dixit Cic. lib. 1. Quæstionum Academicarum.*

Quantotius nihil significat. Tu verò melius, primo quoque tempore, primum ubi commodum erit, aut per otium seu tempus licebit, quamprimum, quam celerrimè, tametsi postremum hoc magis ad continuationem, quàm inchoationem pertinet. *Dictum sc factum reddidi*, est Terentij in Andria & Heautontimorumeno. De hoc verbo *Maturè*, quoniam autores inter se variant, nihil statuo dicendum: nisi quod citra culpam eum dicas *maturè affuisse*, qui satis in tempore affuisset. Exemplo sit illud Ciceronis in secunda Epistola libro decimoquinto Epistol. Famil. *Quum pridie Calend. sextilibus in*
pro-

Condoleo
tibi.

Condole-
scere.

Quantot-
tius.

Maturè.

pro-

*provinciam venissem, neque maturius propter
itinerum & navigationum difficultatem ve-
nire potuissem. Et in oratione pro A. Ce-
cinna: Sed hunc fructum maturè fortuna ade-
mit. Et ibidem: Nam ut quæque res est tur-
pissima, sic maximè & maturissimè iudicanda
est. At ea de qua estimationis periculum est,
tardissimè indicatur. De hoc videatur Gel-
lius c. II. lib. 10. Noct. Att. & Macrobi. cap. 8.
lib. 6. Saturnaliorum. Ouid. lib. 1. Fasto-
rum:*

*Quid. lo-
cus expli-
catur lib.
1. Fastor.*

*Nec defensa iuuant Capitolia, quo minus
anser*

Det iecur in lances Inache laute tuæ.

Hos versus Philippus Beroaldus in rhapsodia annotationum suarum, parum mihi videtur rectè exponere, cum immutatione quarundam literarum, quo ipsos suæ scientiæ (vt opinor) magis obsequentes faceret, interim commemorans nescio quam *Isidos deæ* fabulam. Ego porò viri illius nomen gloriamque illibatam alioqui seruari cupiens, aliter versus illos duxi exponendos: nempe quod anseres ob beneficium seruati quodam Capitoliij, nondum ipsæ incolumitatē promeruerint, quo minus in escam passim darentur. quin scribente Plinio in lib. 8. Natural. Histor. cap. 51. *Omniū primus Apitius Romanus (qui lautitiarum & luxu-
rie*

rie publicum quoque nomen infamiamque inde subierit) inuenit certum genus delicatioris obsonij ex anserino iecinore. Ac nihil vetat: quin hic suarum lautitiarum sedulum aliquem discipulum imitatoreme inuenit, *Inachus* qui dictus fuerit: quem non sine causa possumus credere eundem fuisse, cuius meminit Horatius in tertio *Carminum*:

Quantum distet ab Inacho,

Codrus pro patria non timidus mori.

Atque hoc pacto & planior erit sensus *Ouidij* factus, & versus nihilo immutatur.

Notarij, & librarij. Quibusdam apparet idem genus hominum fuisse olim *notariorum & librariorum*. At mihi secus videtur. *Notariorum* apparet fuisse genus in maiore precio, ob velocitatem in excipiendis transcribendisque dictatis, quod etiam artificiosis & breuibus quibusdam notis quondam fieri solitum, autor est Plutarchus in vita *Catonis iunioris*. De velocitate eorum est perelegans distichon *Martialis* in *Aphoretis*:

*Curant verba licet, manus est velocior
illis,*

*Nondum lingua suum, dextra peregit
opus.*

Cate

Notarij.

Librarij.

Cæterum *Librariorum* mihi quondam professio videtur fuisse, vt certi pretij gratia libros ac quæcunque scribenda scriberent. Cum enim epistolarum scribendarum negotium librarijs olim daretur, certè vero simillimum apparet, ipsos breuiusculis notis aut decurtatis verbis vsos non fuisse. Et testatur quidem Cicero, se opera ac ministerio librariorum nonnumquam fuisse vsu in scribendis epistolis. Alibi in epistola ad Atticū lib. 4. quæ incipit *Occupationum: Occupationum mearum vel hoc signum erit, quod epistola librarij manu est.* Alibi in vltima epistola eiusdem libri: *Neque enim sunt epistolæ nostræ, quæ si perlatæ non sint, nihil ea res nos offensa sit: quæ tantum habent mysteriorum, vt eas ne librarijs quidem ferè committamus.* Itemq; in 8. lib. epistol. ad Atticum: *Lippitudinis meæ signum tibi sit, librarij manus.* Et Cicero filius lib. 16 Epistol. Fam. *Sed peto à te, vt quàm celerrimè mihi librarius mittatur, maximè quidem Græcus. multū enim mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematis.* Est nihilominus etiã in vsu, vt qui librorum curam habet, *librarius* vocetur.

Indocti sic loquuntur nonnumquam, *Doctus in omni scibili.* Tu melius. *Est polyhistor:* aut si Latinè malis, *omniscius, multiscius, cyclopædiam absoluit, in omni*
gene-

genere disciplinarum consummatissimus, per omnes eruditionis campos peruagatus. Atque alijs id genus locutionibus utare potius, quàm accusationem barbariæ sustineas.

Effigiare vix puto apud vetustos, idoneosque Latinitatis autores reperiri, tãetsi Gellius dixerit *fœtum ineffigiatum*. *Effigies* autem venit ab effingendo. Porro pro *effigiare* tutiora hæc sint, *delineare*, *exprimere characteribus*, *depingere aut effingere*: idq; pro rei ipsius natura, de qua loqui volueris.

Hermolaus Barbarus Patriarcha olim Aquileiensis, in Corollario suo super Dioscoridem, non probat eos, qui ex lacte quoquo modo cibum vocant *lactinia*. *Lactarium opus* censet potius dicendum, autore vsus Spartiano, qui scribit Helio-gabalum cœnas exhibere solitum, alias de holeribus, alias de pomis, alias de dulcarijs, alias de opere *lactario*. Porro *opera lactaria* ex lacte coagulato, cuiusmodi vernis temporibus solent conficere in cunei formam. ego cum Martiale dixerim *metam lactis*. sic enim ille habet in 3. Epigrammatum:

Fert ille cœris cana cum suis mella,

Metamq; lactis Sabinæ de sylva.

Et quoniam superius facta est obiter
men-

Effigiare.

Lactinia

*Lactaria
opera.*

*Lactis
meta.*

mentio de *pane dulciario*, quamuis admixtione mellis fiat, vt panis dulciarius vocetur, tamen quodcumque genus placentæ dulcioris deliciariorisque nihil vetat *panem dulciarium* vocari. Et putat quidem Angelus Politianus, *marzopane*, genus lautioris edulij, apud Italos, rectè *panem dulciarium* vocari posse, idque annotat in volumine Epistolarum suarum.

Panis cibarius, & secundarius.

Dubitatur à plerisque, cuiusmodi sit *panis cibarius*, quo Ptolomæum Aegypti regem delectatum tantopere in itinere fuisse, scribit Cicero libro 5 Tusculan. Quæst. Et si *panis secundarius* idem sit cum *cibario*, cuius Augustum Cæsarem quoque appetentem fuisse Suetonius tradit. Certè de panificij disciplina pertractare, non est nostri negotij. Illud reuera constat, cum plura sint panum genera, atque is delicatissimus habeatur, qui ex polline tritici, *florem* vocant, solet fieri, non posse in eo censu cibarios aut secundarios panes haberi. Nec verò panes, qui ex simila, aut similagine fiant, habeantur pro cibario aut secundario, cum ij in delicijs magnatum habeantur: & Cicero ac Suetonius superius pro miraculo narrent, reges delectatos viliori genere panum. Marcellus Vergilius coniecturam secutus,

ciba-

Cibarium à secundario distinguere videtur, & eundem vocat sordidum: qualem à Nerone repudiatum fuisse, etiamnum famelico, idem Suetonius tradit. Fortassis idem sit panis ater apud Terentium, idque ob copiam admixti furfuris. Ita enim Parmeno seruus in Eunucho, ridens sordes meretricum domesticas, cum foris splendida ac fastosa sint plerunque: Quo pacto, inquit, ex hesterno iure panem atrum vident. In summa, post panem similaceum quicumque habeatur secundarius: vilissimus verò, ac plerunq; furfuraceus, sordidus aut cibarius merito possit vocari.

Essentia nomen à plerisque diuidatur, quamlibet sit frequens in ore Theologorum ac Philosophorum: pro eoq; habet Græcè *ἔσιον*. Sed enim si Macrobius bonus autor dicendi haberi potest, hic etiam in *Somnio Scipionis* *Essentia* nomine est usus.

Color mustellinus, quo seruus ille apud Terentium probri loco notatur, creditur non à mustella, sed mure dictus, vt qui cereulei ac cinerei coloris mixtum quiddam habeat.

Cyanæus color, quem Medicorum vulgus corruptè nominat *Kianos*, est fuluus ac subobscurus, ad speciem metalli *κίανος* siquidem, est Metallum.

K

Prasi-

DE CO-
LORI-
BVS.
*Mustelli-
nus color.*
*Cyanæus
color.*

Prasinus
color.

Prasinus color est is, quem *chloron* vocant, et si ambo sint virides, tamen hic quàm ille plus albicat: ita vt hic comparandus sit colori lactuce, ille porri. *πράσινον* enim *porrum* sonat. Qui scribente Galeno in *Commentarijs* super primum librum *Prognosticon* Hippocratis, veteres pallidum colerum consueuerant *chloron* vocare.

Griseus
color.

Quem Barbari *griseum*, tu piceum, aut fumeum vocabis. Qui verò ex hoc genere magis ad candorem inclinat, *cæruleus* aut *aquilus* vocetur: non ab aquila, sed aqua non me accipiens. Quin ipsa est quâlibet iactabunda & diues verborum Græcia, simili exemplo nomina colorum à certis rebus coloratis est mutuata.

Heliochrysis
color.

De *heliochrysis* colore apud Plinium in cap. 8. libr. 21. mentionem dumtaxat repperi, descriptionem autem nullam. Est enim aureus, sed ruborem subpallidum ostendens, vt si purpuræ flauus color commisceatur. *ἡλιος* sol dicitur, *χρυσίος* aureus.

Luteus
color.

Luteus color non est ad speciem luti, quamuis inde nomen accipere videatur: Est enim subfuluus, nigrorem vel minimum concilians. idemq; possit ex decreto Auli Gellij in primo *Noct. Att.* sanguinem vocari. *λύβρος* enim est cruor, vnde

ego

ego suspicor derivatum *luteum colorem*, r
littera omissa. Qua ratione contra motū
consuetum scriberetur per *luthens*. Hunc
ferè depinxit Verg. lib. 7 AENEID.

*Iamque rubescebat radijs mare, & aethere
ab alto*

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

De hoc etiam videatur Aulus Gellius lib.
2. cap. 26.

In *puniceo* colore volunt inesse quan- *Puniceus*
dam exuperantiam rubei splendoris, ic- *color.*
circo rosas puniceas Horatius scripsit: in
phœnicio autem colore, remissior aliquā- *Phœni-*
to apparet rubedo. Et hac quidem de co- *cins.*
lorum substantia ac diuersitate ad præsens
sufficiant.

Cum apud veteres autores fortè legis, *Ad pri-*
ad primum, ad secundum lapidem, non existi- *imum la-*
mes ibi intelligi spatium quantum iactus *pidem,*
lapidis emetiatur, quamuis hic apud nos *etc.*
plerumque erretur: sed intelligitur hic
certa ac definita aliqua locorum distātia,
que per lapides prægrandes erectos deno-
tetur. quomodo apud urbem Veronam,
ac item alijs quibusdam Italiae locis, ad
singula milliarium interualla lapides
sunt dispositi.

Barbari aliquoties dicunt, *Hoc est in fie-*
ri, hoc est in potentia propinqua. Tu me-
lius, *Hoc est in procinctu, propè est.*

✠ 2

vine-

✠

vt negotium hoc sit confectum, res est sub incude, feruet negotium, res est sub manibus, vel inter manus artificis, autoris, nondum accessit suprema manus; atq; alia eiusmodi licebit vsurpare.

Vilipendium, improprium, disturbium, Barbaris relinquito: similiter alleuiare, pro alleuare hoc siquidem est legitimum illud nothum.

Celsitudo,
Reueren-
tia &c.

Hæc verba sublimitas, celsitudo, excellentia, magnificentia, humanitas, præstantia, reuerentia, dignatio, dignitas, dominatio, atque alia huius generis, magis inseruiunt nostri temporis consuetudini, qua ipsis interdum vti cogimur, demunt tamen non nihil de prisca illa maiestate atq; dignitate sermonis Latini. Quamobrè qui castiorem formam loquendi sequi voluerit, parcius iisdem vtatur. Cæterum dominationis verbum ad inuidiæ interpretationem aliquoties accipitur à Cicerone, in oratione pro P. Sylla: *Sin te potentia, si dominatio, si deniq; aliquod dictum arrogans aut superbum mouet.*

Domina-
tio.

Similiter nonnulli in formandis diminutiuis verbis ad vitium vsque sunt crebri, & insolètes quoq; videlicet, vt scribant *anniculus, epistolium, &c.* Verū hunc morem ac sedulitatem non video placuisse Ciceroni. Cupio aut in te cernere vegetum

getum aliquod, & quasi masculinum robur
scribendi: idq; adeò potius, quàm in vfur-
pandis, crebrò diminutiuis verbis quasi
fractum te & imbellem videri.

Pleraq; sunt vocabula, quæ usu quodã, *Historica*
sed nimium quàm corrupto, ex Italica *barbara.*
lingua sunt desumpta, habenturq; vulgò
pro Latinis: vt *allodium* pro hæreditate, *Allodium*
aut possessionibus: *appreciari*, pro æstima-
re: *mediare*, pro componere, aut pacifica-
re: *appropriare*, pro vindicare: *blada*, pro
frumentis: *campus*, pro exercitu: *liga*, pro
foedere: *treuga*, pro inducijs: *manutenere*,
pro tueri ac sustentare: *saisare* vel *sachisa-*
re, pro extorquere, aut per vim auferre:
importat pro interest, seu refert (tamen si
verbum *Importat*, in sua quidem significa-
tione libenter admittimus) *perpetuare*,
pro continuare. *fortalicium*, pro arce aut
munitionibus: *succursus* pro suppetijs,
aut supplemento. præterea *contentare*,
pro eo quod sit contentum reddere. *asse-*
curare, & *contutare se*, pro eo quod sit, sibi
suto ac diligenter providere siue munire:
basse pro humiliter, summissè, aut in-
imo: *partialitas*, pro factione aut
studio partium. qualia consulto oportet
vitare.

Partium
studium.
Amodo.

Amodo pro *posthac*, siue *deinceps*, est *A-*
puleianum. Ita ille: *Vt nemo amodo tam*

¶ 3.

mane

De cetero mane egredientem solum videbit. id verò *De cetero*, quamuis à recentioribus plerisque vitetur, Plinij tempore in vsu fuisse videtur. Namq; ipso *de cetero* vsurpauit in c. 14. 3. lib. Natural. Hist. Hoc verbum *Intimo*, etiam Plinius ante Apuleium & Gellium in vsu habuit. singula quæque loca citare, fortasse non si necesse, cum apud autores statim nominatos frequenter reperiantur. Præterea sunt, qui nolint admittere verbum *Pluries*, pro *frequenter*, *plerumque*, *sæpius*, *sæpenumero*.

Possibile & impossibile videmus Cicero-
ni in vsu non fuisse: quæ tamen verba postmodum finxit, aut certè admisit necessitate. Vnde in epist. 1. libri primi ad Atticum, pro *impossibili*, quasi studio adhibito Græcum verbum videtur posuisse. Sic enim habet: *Thermus cum Syllano contendere existimatur, qui sic inopes ab amicis, & ab estimatione sunt, vt mihi videatur non esse ἀδύνατον Curium obducere.* Cæterum Quintilianij ætate fuerunt recepta. sic enim hic habet libro quinto Orat. Institut. cap. 10. *Non enim longum tantum, sed etiam impossibile, aut potius infinitum est, &c.* Idem in 3. Orat. Institut. c. 10. *Melius igitur, qui tertiam partem dixerunt ἀδύνατον, quod nostri possibile nominant: quæ v. dura videatur appellatio, tamen sola est.*

Melior-

Meliorascere, crassescere, solidescere, lapidescere, herbescere, nullis autoribus olim plus quàm Plinio auunculo, & Columellæ fuerunt familiaria verba.

Habe me excusatum, pro *accipe excusationem meam*, nonnunquam (neq; tamen solus) dubitavi, si sit latinum. Martialis autem sic habet in secundo:

*Inuitas tunc me cum sis Nasica vocatum,
Excusatum habeas me, rogo, cæno domi.*

Electus est in Cæsare, duxit in vxor, ambo ista non arrident doctioribus. meliora hæc: *Electus siue designatus est Cæsar. duxit vxorem, ducta tibi est vxor?* Terentianum. illud verò Persij:

Nerio iam tertia ducitur vxor.

Vereor ne viciosè exponant aliqui, & inter hos etiam Calepinus, quo loco huius verbi *Duco* significationes exponit. Puta hic *Duco* accipi, pro eo quod est funus efferre, seu mandare sepulturæ. Nobis autem locutionis ipsius proprietatem sectantibus secus videtur. Ad eundem modum intelligatur illud Vergilij in Bucolicis, cum ait:

Mopse novas incide faces, tibi ducitur vxor.

Obiter hic etiam. Lector studiose, admonitum te oportuit, ut quæ post designationem fit promulgatio, suo nomine plerumque *Declaratio* vocetur *declaratio*: ut *Declaratus est Cæsar.*

dein-

*Ducere
in vxorem.*

Persij loco.

deinde acclamationem publicam, indicem videlicet consensus popularis, solent historici frequenter nominare *consalutationem*, siue *assalutationem* boni ominis gratia factam: vt *Salutatus est à populo Cæsar, &c.*

Cæsar.
Impera-
tor.

*Cæsar*is nomen atque dignitas est sublimior, quam *Imperatoris*. Multi olim Imperatores bellorum sunt dicti, quorum nullus olim fuerit *Cæsar*. Postquam enim Imperatores bellorum suorum triumphum peregissent, *triumphales* viri dicebantur.

Quod ver-
tat bene.

Cum alia sint quæ in consultationibus priscis boni ominis gratia publicè adhiberi solebant, tamen hæc locutionis forma, *Quæ res tibi vertat bene aut malè*, tam aptè in familiari locutione, quàm in publicis acclamationibus adhibetur. Liuius in tertio ab Vrbe condita: *Postquam ingenti alacritate clamor est sublatus, quod bene vertat, gesturum se illis morem, posteroq; die in aciem educiturum affirmat.* Terent. in *Adelph.* *Quæ res tibi vertat malè.* Et Verg. in *Bucolicis*:

Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hædos.

Vide quantum vsus possit, vt non immeritò Fab. scripserit, vsum esse magistrum dicendi.

Scri-

Scribit Cic. in 3. Tusc. Quæst. *Confidens* mala consuetudine loquendi in vicio ponitur, ductum verbum à confidendo, quod laudis est. Et tamen Cicero inueteratam consuetudinem sequitur: sic enim habet in Oratione pro A. Cecinna: *Et argentarius Sex. Clodius, cui nomen est Phormio, nec minus niger, nec minus confidens quam ille Terentianus est Phormio. Quo loco confidens in vicio habetur. Sicuti prius apud Terentium in Phormione: Homo confidens, quod illum Dij omnes perdant. Similiter confidentia est vicij Teren. in Andria: O ingentem confidentiam. Et Cicero pro L. Flacco: Itaque videte, quo vultu, qua confidentia dicant; tum intelligetis qua religione dicant. Fiducia autem plerumque est laudis: Fiducia semper est laudis, vtpotè pars fortitudinis, autore Cicerone libro 2. de Inventione.*

Confidens.
In Ciceronem observata.

Confidentia.

Fiducia.

Curtem pro corte solent dicere Barbari, si ædes villaticas putent. Aliqui credunt cortem dici, quòd citra illam cohercetur pecus. Martialis in septimo Epigrammatum:

Cors.

Rauca cortis aues, & oua matrum.
Ouidius in Fastis, pro corte habuit cohortem.

Abstulerat multas illa cohortis aues.

Quod aliqui putant non debere dici

K S

sub-

*Multi-
simus.*

multissimus, ipse Cicero hoc verbo est usus, figura quadam Græca, qua superiorē superlatium quendam visus est designare voluisse. Ita enim habet in vndecimo libro Epistolarum ad Atticum, Epistola 2. *Ex multissimis & miserrimis curis est una enata, si (vt scribis) ista hæreditas fidem & famam meam tueri potest.* Suadeo tamen vsitatiorē loquendi formam obseruandam.

*Prouerbia
vt rex
Antig.
medico
ὄψιν ἰβειν.
in Apo-
phth.*

Habent sequentia hæc ambo adagiorum formam quamdam, tametsi contrarium inter se sensum retineant. Terent. in Adelphis: *Numquid vis? Demea. Mentem vobis meliorem dari,* quasi dicat, cum mentis non sitis compotes, detur vobis mens recta, ac sui compos. In aliam sententiam Martial. in Philenen, in septimo:

Dij mentem tibi dent tuam Phileni.

Quo loco interpres Calderinus tradit, hoc prouerbum conuenire in homines sibi parum benè constantes seu furiosos.

*Lenitas.
Lenitudo.*

Lenitas & lenitudo contrarias inter se significationes habent, vt hæc vicij sit, illa laudis. Cicero in 4. Tusculana. Quæst. *Eamque quam lenitatem nos dicimus, vicioso lenitudinis nomine appellant.* Ouid in Amoribus: *Hostibus eueniat lenta puella meis.* *Lenitudinis* etiam meminit Gellius, vlt. cap.

cap. i. libri, quatenus differat à vacuitat^c
 iræ & stupore, (eu (vt alij habent) insensibi-
 litate. Græci significantius habent, ἀσ-
 υησία ἢ ἀναισθησία. Hinc venit *Lente*
ferre, pro modicè ferre, ac quasi conuiue-
 re. Cic. in 4. lib. *Academicarum Quæstio-*
num: Qui cùm publicas iniurias lente tulisset,
suam non tulit.

Ingens plus est *magno*, & quasi diceret *Ingens.*
 supra vel ultra gentes. Ita Thraso apud
 Terentium in *Eunucho: Magnas verò a-*
gere gratias Thais mihi? Ingentes. Huc re-
 spexit Cicero quoque in *Lælio: Nec pa-*
rasitorum (inquit) nobis assentatio in Comæ-
dijs faceta videretur, nisi milites essent glo-
riofsi. Magnas verò agere gratias Thais mihi?
satis erat respondisse magnas, Ingentes in-
quit. Semper auget assentator id, quod is,
 ad cuius voluntatem dicitur, vult esse ma-
 gnum. Præterea vehementius quiddam
 mihi referre videtur *Minime gentium,* *Minimè*
 quàm simpliciter *Minimè.* Usitatum il-
 lud apud *Comicos & Oratores, cùm quid*
 quasi cum indignatione auersantur ac re-
 cufant.

Ambrosius Calepinus vbi exponit sig-
 nificationem huius verbi *Careo*, tradit im-
 propriè dici: *careo febre.* Verùm Tullius in
 penultima epistola libri 10. ad Atticū sic
 scribit: *Tu quoniam quartana cares, On-*
edum

6

dum

Vt Gran-
 dio apud
 Senecam.

Minimè
 gentium

Careo.

dum morbum remouisti, sed etiam grauedinem, te vegetum nobis in Graecia siste. Mihi videtur ibi Tullius propriè satis significasse, carere *Atticum quartana*, quam habuisset videlicet: sicuti ex verbis statim ibi sequentibus luculenter docetur. Et tamen Calepinus etiam affirmat, gregarios quosdam litteratos secutus, nos carere rebus quas desideramus, non habeamus autem. Nemo enim sanæ mentis desideret quartanam, nisi fortè persuasus Medicorum traditionibus, qui volunt quartanā febrem quādoq; purgasse ab atrabile corpora humana. Sed, quid (si vt nonnumquam solet) terminetur in aquam intercutem? Ego certè si atrabile vexer, alia remedia & optaro, & quæsierō.

Quartana. Eius laudes vt podagra, fert. existent.

Bovum mane, vide pag. 20 Satis mane, nonnullis apparet malè dici: quod tamen nescio si concedamus. Multo manè dixit Cic. in li. 5. Epist. ad Atticum, in ea quæ incipit, *Beneuentum veni*. Præterea quid vetat quo minus dicamus: *Bonū mane*, quum Vergil. sic scripserit in carmine de Rosa:

Ros vnus, color vnus, & vnum mane duorum.

Manius à mane non deriuant, nisi si qui fortè sunt è crassa illa & vetere barbaria. Quod verè Macrobius in primo Saturnal. mane, & immanè, contrario se modo habet.

habere conijcit, illius coniecturæ euiden-
tiores aliquam causam expecto.

Vnire & adunare, hæc verba ætate illa *Vnire,*
doctissima Ciceronis in receptis non fuis- *Adunare.*
se contendunt nonnulli, quibus hæcenus
facile assentior. Scimus tamen à Lactan-
tio Firmiano, Ciceronis vsque diligente
ac felice æmulo recepta fuisse. Pro *vnire*
& *adunare*, valeant *conciliare, conglutinare,*
consociare, iungere, in vnum corpus redigere,
in vnum cogere, coaptare, coagmentare, paci-
ficare, aggregare: idque prout cuiusque v-
sus exigit. Præterea vt quisque est maxi-
me metuens reprehensionis periculum,
ita libentissime vitat nomen *valoris* pro *Valor.*
precio, quippe cuius vsum suspicemur ante
ætatem Plinij non fuisse.

Rebellis pro eo quæ ex contemptu sit in- *Rebellis.*
obediens, peruersè ponitur. idem voce-
tur *contumax*. Exemplum habes apud Ci-
ceronem lib. 4. Rhetor. ad Herennium, in
Exornationibus sententiarum, vbi dicit:
In superiores contumax, &c. Porro *rebellis* &
rebellio sunt nomina satis nota in sua si-
gnificatione.

Pro *commensale*, ponatur *conuictor*. Sue- *Conuictor.*
tonius in Tyberio, *Nihilo lenior in conui-*
ctores Græculos. Et Horatius in Carminib.
Nunc qua sum tibi Mæcenæ conuictor, & cet.
Cicero in Catone, & 9. lib. Epistol. Fam.

K 7

tradit,

tradit, melius aptiusque à nobis *accubatio-*
nem epularum vocari *convivium*, quā à Græ-
cis *συμπόσια*, aut *σύνδειπνα*, quod tum
maxime simul viuitur.

Quamuis Terentius in *Adelphis* ha-
beat, *Vide vt in ipso articulo oppressit eam*: ta-
men eo non fit, vt hanc locutionis for-
mam approbandam censeam, qua indo-
cti dicunt: *In articulo necessitatis, aut mortis.*
Vt autem singula capita alicuius argu-
meti per intervalla distributi vocentur
articuli, quid prohibet? cum apud Rhetor-
es *articulus* dicatur, cum singula verba
intervallis distinguuntur, cæsa oratione.
Legatur super hoc Cicero lib. 4. *Rhetoric.*
veterum.

Articulus

*Male co-
gitare.*

Male cogitare, de ijs qui odium aut si-
multatem aliquam animis suis concepe-
runt, solemus dicere: sed præsertim cum
premitur odium, ultionis autem tempus
atque occasio obseruantur. Cicero in lib.
de *Senectute*: *At senatui quæ sunt gerenda
præscribo, & quo modo Carthagini male iam
diu cogitanti bellum inferatur, multo ante de-
nuntio.* Et in 8. *Epistol. Familiar. Cælius
Cicroni*: *Ita occultum tamen, vt multi mi-
hi renunciarent, & ipse facile animaduertentem
male eum de me cogitare.* Ovidius in epi-
stolis *Heroidum*:

*Non tamen Aeneam, quamuis male cogitet, odio
sed*

Sed queror infidum, quæstaque peius amo.
 Pro *prælati* dici *pontificulos*, more prisco, **Pontif-**
 video doctioribus placere. *Præposituram* di- **culi.**
 ci, sicuti *præfecturã* toleretur fortassis, au-
 tore Lampridio: ubi scribit Heliogaba-
 lum consueſſe *præposituras, & ducatus, & of-* **Præposi-**
ficia palatina vendere. **tura.**

Beroaldus in Commentarijs super Sue-
 tonium in Nerone tradit, *recuperatores* o- **Recupe-**
 lim fuisse iudices datos æstimandis iniu- **ratores.**
 rijs, quasi diceret *iudices causarum crimina-*
lium. Concedimus hoc quidem, conie-
 cturam facientes ex quarta actione Ver-
 rina, & oratione pro A. Cecinna Cecero-
 nis. Tametsi ibi Cicero omnibus modis
 nititur, translativam constitutionem fa-
 cere. verum Liuius libr. 26. tradit Scipio-
 nem Africanum *Q. Tuberilio & Sexto Di-*
gitio dedisse recuperatores, ubi non de crimi-
 ne, sed honorũ compensatione agebatur,
 vt ne alter alteri decus ac meritum virtu-
 tis præriperet.

Cognitor causarum fortassis aptè dicatur, **Cognitor.**
 qui & *solicitor*: qui tamen olim ex auto-
 ritate iudicis dabatur. Possit etiam *cognitor*
 dici vulgo *examinator cause.* sicuti colli-
 go euidenter ex oratione Tullij pro Ro-
 scio Comoedo, & tertia actione in Ver-
 rem. Loca annotavi, volens lectori certio-
 re sensum relinquere conijciendũ: si tamẽ
 oportet.

oporteat meam sententiam iudicio & ratione defensusus.

Alterare. *Alterare* à multis paulo deliciarioribus fastiditur. Sed tamen sustineri queat, Ouidio autore, in Fastis sic scribente:

Ille suam faciem transformat, & alterat arte.

Et alterat vndas, in Metamorphosi.

Hoc venit tibi faciendum, hoc venit nunc dicendum: ita quàm peruerse Barbari, prorestat, superest, reliquum est vt hoc facias, vt hoc dicamus, vel est faciendum. cuiusmodi locutiones sunt variæ & multiplices, in eandem propè sententiam. Nam quod Ouidius in Tristibus habet:

Ouidij locus.

Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est,

Quæ venit indigne pœna, dolenda venit.

Ille sua quadam poetica licentia, qua ad insolentiam vsque effertur, sic est locutus. Nec tamen suspicor simile exemplū in soluta oratione inueniri, apud vetustos autores. Porro in Latina lingua spectamus communem vsum doctorum, & stylum, qui videlicet est dicendi opifex, scribente Cicerone in 7. libr. Epistol. Familiar. Ob hanc etiam rationem non probo eos, qui exempli gratia sic loquuntur: *Oculi grandes & prominentes arguunt hebes ingenium, hoc symptoma arguit talem*

Arguit.

mors

morbū. quāuis se tueri posse videātur hoc
Virgil. *Degeneres animos timor arguit omnis.* *Arguere.*
Sæpenumero tamen *arguere*, est cum acri-
monia, & quasi adhibitis argumentis aliū
edocere. ne quis putet *arguere* esse idem
semper, quod grauiter accusare. Horatius
in Epistolis, quasi aliter vtitur:

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.

Medicorum nonnulli pertæsi Græcita- *Medico-*
tem, ac nostro sermone contenti, *pulmo-* *rum et-*
narios vocant, quos Græci περιπνευμονικῶς. *rata.*
atque inter hos Columella, libro Octauo
de re Rustica, πλευρίτιν, *morbum lateralem.*
ὀρθοσπνοϊκῶς, ac breuiter ἀσθματικῶς om-
nes pro sua cuiusque morbi conditione
(namque varij sunt) Plinius nominat *su-*
spiriosos, *anhelos*, *anhelatores*, non nisi recta
ceruice spirantes, ἥπατ κολ, *ienicorosi.* &
ἔρυσίπελας, *sacer ignis* à Plinio & Celso di-
citur, iisdē omnes κατὰ ῥῆσ, siue sit καρύξη,
siue βρόγχος, siue ῥευματισμός, vocant
destillationes, distinctione aliquando facta
per circuitionem. vt dicatur, in pectus aut
fauces, *destillatio*: quæ vero petit nares,
grauedinis nomen habet. *grauedinosi*, siue
qui hunc morbum habent, siue qui ad eū-
dem sunt procliues, docente Cicerone li.
3. Tuscul. Quæstionum.

In nomine atque vsu *præcordiorum* om-
nes propemodum autores Latinitatis à
Pli-

Plinio dissentire mihi videntur. Ille sic
recordia habet lib. 30. cap. 3. *Præcordia* vno nomine
 vocamus exta in homine. Latini vero
 autores omnes ea voce significasse po-
 tius! id n. u., quod Græci *πρόκαρδιον* di-
 cunt: id est, totum quod cordi prætendi-
 tur.

Celsus libro 4. vocat *Ileon*, morbum te-
 nuioris intestini, vulgus barbarorum vo-
liuilos, inepta quadam Latinitate aptam
 similitudinem exprimens: vt quia à con-
 uolutione ac circumactione spirituum ac
 excrementorum fiat, quem quidem Itali
 suo more solent vulgo nominare *Miserere
 mei Deus*, quod eum validissima tormina
 ac implacabiles dolores ferè comitentur.
 Præterea medici, qui è prisca adhuc sunt
 Barbaria, *celiacum* morbū vocant *colliricū*.

Nec vero opus erat nostris hominibus,
 vt lubricitatem intestinorum verterent
 in *λεντερίαν*. aliàs *lemuorem* appellant,
 freti autoritate Plinij qui libr. 21. capit. 17.
 corpora *lemuia* appellarit, quæ asperitate
 aut scabrie omni careant. Placuit Lau-
 rentio Laurentiano vertere in *leuitatem
 intestinorum*. Quo loco volunt *leue* prima
 producta haberi, vt valeat *λεῖον* Græcum:
 modo quo conuertimus *ῥιόν* ac *αἰών* in
ouum & euum.

Marcellus Virgilius, secretarius olim
 Flo-

Florentius, annexus è Græca medicina, quoad posset, latinam facere, *δυσσπρία* exemplum o Plinij nominat *vesicæ urinae angustias*, *σπυγγρία* *urinae stillicidiū*, *χρυσία* suppressionem urinae vel obstructionem vesicæ.

Medicorum nonnullos de vitare intelligo hanc vocem *Oppilo*, pro eaq; ponunt *Oppilare.* *obstructionem, obturationem, infarctionem.* Atqui Ciceronis exemplo & autoritate pulchrè se tuebitur, qui *oppilationis* vocabulo fuerit usus. namque ille sic habet in secunda oratione Philippica: *Negotiumque transgisses, nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset, ijsq; oppilatis impetum tuum compressisset, id est, obiectis pilis ad fores tabernarum.* Erant autem *pilæ* quasi conti, aut trabes, aut eiusmodi aliquod fulcimentum, quod parietibus aut forib. clausis repaguli vice obijciebatur. Reliquæ ipsius significationes huc non attinent.

Quod etiam nonnulli *Catapotia* pro *pilulis* ponunt, non est necesse. *Pilularum* nomen apud Plinium avunculum satis est frequens. Item pro supposito sit *balanus medica*, pro syringa clyster, aut clystere penultima breui. Macer enim breui media pronunciauit: *Catapotia.*

Appositus digitis, aut intus clystere fufus.
Pro merigis ponatur *menynga*: pro *nesfren-*
diuis,

Nephretis *dinis, nephretis* : pro *subet* maiore, hoc est, inexpugnabili necessitate dormiendi, caros, aut sopor. Correptos hoc malo, Plinius vocat *sopitos*, & *consopitos*. pro *afiduitate* quadam dormiendi, siue *subet minore* (quo genere mali solent hydrofici ac pituitosi quique laborare) ponatur

Veternus. *veternus*, Apud Festum etiam *veternosus* dicitur, qui graui corripitur fomno. aliter tamen Maro:

Nec torpere graui passus sua regna veterno.

In descriptione *frenensis* tradunt Medici, læsam partem rationalem, & in *mania* læsam partem imaginatiuam.

Pro parte rationali, sit *rationatio*. nam ita vocatur ea princeps animi vis, quam *λογιστικὴν* Græci nominant. Pro parte imaginatiua, ponatur *imaginatio* læsa, quod alij conceptus secundarios solent dicere: de quo Galenus in libro de causis Symptomatum, & Symphorianus Campegius in campis historialib. Tametsi Galenus in definitionibus suis non *imaginationis læsionem*, sed *mentis alienationem* scribit *maniam* esse.

Mania:

Phrenetici:

Nec vero satis adhuc nobis probatur, *Phreneticos* vocari *insanos*: *furiosi* fortasse vocari possint. Est *insania* siquidem mitior *furore*, sicuti Cicero tradit, libro tertio *Tusculan. Quæst.* Est autem *insania*,
quasi

quasi quædam insanitas mentis, & præceps
ac vehemens impetus aliquid faciendi. *Insanus.*

Hinc apud poetas *insanæ moles, insani flu-
ctus*: & apud Persium, *insanus Cato* descri-
bitur, cuius tamen sapientiæ famam sci-
mus celebratissimam: sed quod præfra-
ctus & intractabilis morib⁹ esset, hoc epi-
theton apud Persium inuenit. Scimus ta-
men furorem non semper in vicio habe-
ri, sed aliquando nobis referre *ἐνθουσιασ-
μόν* vatum ac poetarum. Hinc emerfit il- *Enthusia
suus poe-
ticus.*
lud Ciceronis in Tuscul. *Furorem cadere in
sapientem, non insaniam posse.*

Passiones melius vocentur *affectiones*:
Passionati, vehementiores circa affectus:
vel, sicuti Chremes Menedemum notat
in Heautontimorumeno, *Nimis vehemens* *Vehemens.*
es in vtramque partem. Vehemens siquidem
sicuti docet Gellius, à mentis vi atq; metu
dicitur, lib. 16 ca. 5.

Pro *portauentris* seu intestinorum ha-
bent *peritonæum*; pro *ventositatibus* flatus.
Carminare flatus, etiam Plinio sæpe fuit in
vsu sic loqui.

Pro *squinantia* sit *angina*, vel *Synanche*:
pro *sciatica ischia*, *ischiadici*, eo malo labo-
rantes.

Orificij vox si apud reliquos autores re- *Orificium*
periatur, nescio. In Macrobij Saturnalib. *Macrob.*
me inuenisse memini.

Pro

Pro *casbia fistula*, Latini habent *casiam*.
Ovidius in 15. Metamorphoseos:

Quo simul & casias, & nardi leuis aristas.

Martialis in secundo:

Et myrrham, & casiam. flebilis vxor emit.

Non *emigranea*, sed *hemicrania* dicitur:
nec *resolutiones crinoides*, sed *crimnodes*,
siue *vrinæ crimnodeæ*. nec *vrinæ cianos*,
sed *cianeæ*, à colore fuluo, aut subfuluo. pro
cancro, carcinoma. pro incorporare sint, *su-*
bigere in mortario, vel *interterere*, vel *pistil-*
lo retundere. Pro *sedimine*, *fex*, aut *crassior*
pars vrinæ.

Hæcticae
febres.

Laurentius Laurentianus vertit in *sub-*
sidentiam, infimam partem *hypostaseos v-*
rinæ intelligens. Pro *febris ethicis*, sunt
dicendæ *febres hæcticae*.

Lactes.

Capillares venæ sunt *mesaraicæ* dicen-
de. *Lactes* gracilia intestina intelliguntur,
videlicet *tenuæ*, seu *duodenum*, *ieiunum*,
& *piluros*. quamuis interpretes Persij etiã
velit esse pinguia intestina *lactes*, super
hoc versu,

Emeris auriculas pulmone & lactibus vinctis.

Aliàs *piluros* vocatur *ileon*, colon intesti-
num crassius. Intestinum rectum siue *sub-*
rectum etiam à Latinis dicitur *longanon*,

Καχξία,
Tabes.

Miror Marcellum Virgilium laborare
in Annotationibus super 5. Dioscoridis
lib. quomodonam quod Græce *καχξία* *av*
vocant,

vocant, Latine reddat : cum alioquin rem medicam in explicatione verborum, reddendisque Latinis, quæ Græca fuerant, satis feliciter tractasset. & vertit quidem καχεξίαν in maciem, volens intelligere primum quendam corporis habitum, cum scilicet pallore macieque contracta corpus ipsum distabescit, & quasi seniū quoddam fit ante senectam. Certe Laurentianus in Commentarijs Galeni super Hippocratem vertit cachexian in tabem, & tabidos eo malo correptos nominat priuatim vero etiam phthisi laborantes, tabidi dicuntur.

Præterea Ruellius Sueffionensis, & Marcellus, studiose quærunt, quomodo color eorum vinorum exprimi debeat, quæ medio fere colore sunt inter alba & rubra, qualia in ægrotorum diæta medici reliquis vinis anteponunt, & quæ à calore ignis non admodum dissentiant. Ceterum etsi superbum ac odiosum habeatur, tantorum virorum scriptis ac placitis suamet anteferre velle, tamen minime iniqua censura res nostra peragetur, & aberit contumelia omnis. Nos putamus, ea rubella dicenda. Ita Martialis, in 3. opinor:

Et Veientani bibitur fex crassa rubelli.

& Horatius in Sermonibus:

Veientanumque rubellum

Exha-

Rubella.

Exhalet vapium tepida pice sessilis oppa.

Interim Lector ne te nostrorum scriptorum pigeat, rogamus. Sæpe enim dum Latinæ linguæ causam accuratius agimus, coacti sumus quasi infra nos descendere: & dum imbecillitatem recentiorum iuare volumus, fastidium prouectioribus doctrina viris forte creauimus. Sed tamen si non admodum magnam gratiam apud te forte iniero, laboris tamen nostri æquus interpret sis velim.

Quoniam ad cognitionem *Historiæ*, tam veteris quàm recentis, atq; item mediæ ætatis, etiam conducit notitia locorum, statui breuiter quarundam regionum, urbium, insularum, montium, lacuum nomina recensere, quo quæque suis temporibus appellata fuerint. Neque tamen est animus singula quæque sectari. namque hoc ingentem librum requireret, nec in nostra fortassis foret potestate. id tamē quod mihi forte constat, non grauabor expromere.

Græcia magna.

Quæ olim *Magna Græcia* dicebatur, cuius sæpenumero apud T. Liuium fit mentio, nunc sunt, *Apulia* & *Aprutium*, in regno Neapolitano. *Asia minor*) *Natalia*.

Nauplia in Peloponneso dicitur, mutato vocabulo *Neapolis*. *Peloponnesus*, non autem *Peloponnessus* debet scribi.

Seco-

Scodrans vult M. Antonius Sabellicus eam esse, quam Albaniam dicimus. *Scodrenses* sunt appellandi, qui & Albanesi. Sunt tamen plerique, qui etiam Macedoniae partem nominent Albaniam, praesertim qua vergit ad Liburnos.

Philippenses sunt Macedones, à Philippo rege Macedonum sic dicti. *Macedonia*, qui & *Campi Philippici*, praecipue tamen qua parte est planities.

Epidaurum hodie vocatur, *Rhagusia* apud Dalmatas.

Polonia haud dubie est *Sarmatia Europae*, ducatus seu Principatus Serniae ac Bulgariae. Gens ea in parte Valachorum, etiam dicitur *Romania*.

In Achaia *Sicyon*, aut *Sicyonia*, modo est *Clarentum*.

Apollonia olim, nunc dicta *Velona* in Epiro.

Colossenses, à colosso Solis olim dicti sunt Rhodij. *Byzantium*, à Constantino Caesare *Constantinopolis*.

Pera à fronte Byzantij, *Parus*, lapidibus à se nominatis celebris: quorū in historijs tā sacris, quā prophanis per saepe fit mētio.

Mare Aegaeū, vulgo dicitur *Archipelagus*.

Bosphorus Thracius, terminus aut quasi interstitium quoddam maris Aegaei ac Pontici, dicitur *brachium diui Georgij*.

L

Mity-

Mitylene seu Lesbos, dicitur passim *Metallina*.

Salamina in mari Aegæo, hodie vocatur *Constantia*, patria Homeri quorundam opinione, quomodo testatur Cicero in Oratione pro Archia poeta.

Malea promontorium Peloponnesi, quondam piratarum subsessionibus ac violentia, æstuq; tempestatum quotidianorum infamis, modo dicitur *Sapientia*. Inde natum prouerbum nauiculariorum: Cum veneris ad Sapientiam (id est *Maleam*) obliuiscere domesticorum tuorum.

Metone, in Peloponneso, ad littus Ionij maris *Motona*, propugnaculum Peloponnesi, id est, *Moreæ*: siue vt alij nominant, *Amorree*.

Naupactum ad Ionium mare, nunc dicitur *Lepanthum*.

Ambracia, seu sinus *Ambraciæ*, nunc est *Larta*.

Athene.

Pro *Athenis* nunc ostenditur vicus quidam ignobilis, nihil vetustatis præter ruinas quasdam ædificiorum ac sepulchrorum veterum habens, vocaturq; vulgo *Sethenc*.

Corcyra, à fronte maris Ionij, *Corphy*.

Neritos, à Virgilio *ardua saxis*, ab Homero *frondosa* descripta, à Corinthijs autem abscissa ab continenti, hodie dicitur *ad Sanctam Mauram*. incolæ, *Maurense*.

Triballi

Triballi in Mœsia superiore, à plerisq; creduntur esse *Rasciani*. gens valida ac robusta, vt si quæ Turcarum alia. alij partē Thraciæ attribuunt Rascianis. *Smyrna*, *Lassimira* nunc dicitur.

Bosniæ regnum, finitimum Pannoniæ est, *Mœsia superior*. M. Antonius Sabellicus, vir extra omnem aleam doctissimus, contendit *Croatiam* esse partē Liburniæ, *Croatas* Liburnos. Aliter sentit Aeneas Syluius.

Carni populi mihi videntur esse ij, qui vocantur *Krenten* & *Vindecken*, inter *Austriam* & *Italiam*. Ceterum à Plinio in 3 *Naturalis histor.* ca. 5 numerantur inter gentes *Italicas*.

De *Getis* & *Davis*, ex qua gente serui plerumq; habentur apud Latinos scriptores *Comicos*, sicuti apud Græcos *Lydijs* & *Myfij*, dubitatio apud plerosque manet, quinam *Getæ* & *Dauis* sint habendi. *Dauos* esse, qui *Chersoneson Cymbricam* incolunt, ferè inter doctos conuenit, quòd *Cymbrorum* reliquiæ à cæde à C. Mario accepta, gens adhuc stare nescia, ac vagabunda, *Dauorum* loca petiisset, satis tum horrida & inculta. vnde aliorum seruituti sese subdiderint, nimia pressi adhuc inopia. Porro *Getas*, mutato aliquantulum vocabulo, opinantur esse *Gothos*, gentem partim è *Lituania*, partim è *Polonia*. Alij, & cum

his Plin. l. 4. Natur. hist. *Dacos* (hodie *Valachos*) scribunt esse *Getas*. Sunt etiã qui volunt *Moschouios* gentẽ finitimã Scythis, è Getis esse. idq; fortassis à commertio linguæ & morum, vnde *Massagetas* & *Thussigetas*, ad quos originem Turcarum refert Aeneas Syluius, dictos fuisse putant. Adeo variatur inter autores, & despectum nomen alij in alios libenter transferimus.

Boij.

Boios volunt esse *Baioarios*. atq; inter hos Aeneas Syluius, nihil hic offensus Strabonis commemoratione, scribentis illã partem Germaniæ horridam nemoribus, ac saltibus asperam atq; incultam. Ceterum, vt ita olim fuerit, incolarum tamen industria sedulitateq; regio illa facta est cultissima, feracissimaq;. At neq; illud silendũ, *Boiorum* varias sedes, aut certe vnus nominis varias gentes fuisse. Fuerunt *Boij* apud Insubres, in Gallia Lugdunensi, & apud Rhetos, scribente Plin. in 24 c. libri 3. & 18. c. l. 4. & Liui. in quinto ab Vrbe condita, & alibi quoque, ne simus inutiliter prolixi in citandis autorum locis.

Cenomani

Ad similem modum licet *Brixia* *Cenomano*rum caput olim fuisse tradatur ab autoribus, sunt nihilominus *Cenomanes* in Gallia Turonensi. & in Italia Citeriore seu Cispadana sunt *Lingobardi*, aliàs *Lengobardi*: quos Italici nominis quidam Pon-

Por
ras
bus
Rho
tia
Tu
con
lin
7
tax
fer
pul
se.
ge
ven
vb
lu
nis
de
ric
hic
tin
ria
all
qu
tra
ni
pi
be

Ponticus autor, nescio quas ille coniecturas secutus, tradit *Lingobardos* à Lingonibus partim nomen habere. quin etiam *Rheti* nunc partem aliquam vulgo Eluetiæ tenentes, genus & originem suam ad Tuscos referre audent. Sed hæc in tanta confusione scriptorum coniectantibus relinquimus.

Menapios censerem esse Iuliacenses duntaxat, nisi me vetaret autoritas Cæsaris, scribentis in 3. li. de bello Gallico, hos populos olim etiam trans Rhenum habitasse. Interim quo minus dubitem nostram gentem è *Menapijs* esse, faciunt eiusdem verba libro tertio belli Gallici, circa finem ubi scribit apud *Menapios* esse perpetuas paludes. quod peragranti Iuliacensis ditionis fines, atque loca omnia, facile erit videre. Siquidem à monasterio Eifliæ, ad ripam fluij Arphe, adusque ostium, quo hic in Rhenum illabitur, intueri licet continentes paludes, recenti quoque memoria magna ex parte oblimatas frequenti alluvione aquarum. Porro *Menapios* frequentiores multo cis Rhenum quàm ultra fuisse, ex eo satis apparet, quòd à Plinio & Cæsare inter Belgas numerantur.

Plini⁹ accolæ Rheni à Colonia Agrippina ad Batauos vsque, tradit vocari *Gubernos*. ij nisi sint *Cliuenses* & *Gelrienses*,

non video quos alios horum loco *Gubernos* appellare debeam.

Germania Ceterum de populis *Germaniae* vix vlla possit esse certa traditio, nimium inter se se discrepantibus autoribus, nominibusque etiam multum immutatis. Quod si ante aliquot secula *Germania* habuisset studiosos vetustatis literariae perquirendae, qui post *Cornelium Tacitum* de situ & moribus ipsius tradidissent, haberemus, quorum fide & autoritate niteremur.

Gallia. *Gergoniam* locum valida, sed irrita *Cæsaris Iulij* obsidione memorabilem, *M. Antonius Sabellicus*, & *Raimundus Marlianus* censent esse urbem *Claramontensem*, in *Gallia Lugdunensi*.

Pictones quondam, hodie *Pictavienses* dicuntur.

Aquitani, Vascones: tametsi termini *Aquitaniae* sunt latiores. Etsi enim à *Plinio* *Vascones* etiam reponantur in *Hispania citeriore*, tamen quos hodie *Vascones* appellant, ij partem *Galliae Narbonensis*, sed multo maiorem tenent *Aquitaniae*.

Prouincia prouinciarum, pars *Galliae Narbonensis* apud *Carpentoracten*, *Auinionem*, &c. vbi videlicet hæc in *Italia* vergit, regio longe amoenissima, vt non immerito prius illud nomen sortita fuisse videatur. quam quidem *Varus* fluius ab
Italia

Italia determinat. *Mons Pessulanus*, olim *Agathopolis*.

Allobroges & *Sabaudienses* eisdem populos esse volunt. Ceterum *Sabaudia* quidam etiam *Narbonensis* provinciae comprehendit versus *Gebennam* urbem, & *Laufanum*, ac *Lemanum lacum*. ac nihilo minus etiam *Erasmo* videtur, *Allobrogum* quam *Sabaudiae* fines longius procurrere.

Tarraco vel *Tarracone*) *Aragonia*. *Tarraconenses*, *Aragonenses* modo appellatur, sunt ex *Celtiberis*.

Insulae *Baleares* sunt, *Maiorica* & *Minorica*, regna inter *Hispaniam* & portum *Massiliensem*. *Μασσαλία* apud *Græcos*, mutata vna litera nobis est *Massilia*.

Massilia.

Terra laboris ab *Italis* vulgo dicta est *Campania*, versus *Puteolos*.

Ischia insula in sinu *Neapolitano* dicitur *Aenaria*, à statione *Aeneæ*. quavis nonnulli putent, hanc esse *Prochyta*, in sinu *Puteolano*.

Mare Tyrrhenum & *Inferum* idem sunt, dicitur etiam *Ligusticum* sed non ferè aliàs, quam ubi *Ligures* attingit, nempe ab *Insubribus* vsque *Tusciam*: inde à nomine illius regionis *Tuscum* dictum. *Mare Adriaticum*, idemque sinus, etiam *Superum* mare dictum priscis quoque temporibus. *Cicero* lib. 9. *Epist. ad Atticum*: Sunt ista

quidem quæ disputas difficillima, iter ad Superum, & navigatio Infero.

Algidum, seu *Algidi*, secessus sunt circa Albanum & Præneste. hinc illud Horat. 2. in Carminib.

Seu mihi frigidum Præneste, seu Tybur supinum.

Aequicoli montes, vulgo *Tagliacozza* in Sabinis.

Liris, amnis Gargilianus, terminus Latij.

Troia Campanie, oppidum Vrsinorum, idemq; extorris perfugiū ac sedes Aeneæ, priscum nomen retinet.

Vulsinius lacus, est lacus Bolsene. *Sebins lacus*, in quem se immergit Lollius fl, in agro Brixiano, dicitur lacus *Lisei*.

Sabbatinus lacus, vulgo *Triangularis*, non longe ab vrbe Roma.

Lacus Vadimonis, pugna L. Papyrij dictatoris aduersus Etruscos memorabilis, modo vocatur *lacus Viterbiensis*. *Viterbium* quondam dicebatur *Vetulonia*, scribente Platina in vita Clementis 3. Pontificis. *Isaurus* fluuius, terminus Piceni, *Follia*.

Lacus Thrasymenus, memoria Hannibalis victoriæ, & morte Q. Flamini nobilitatus, hodie dicitur *lacus Perusinus*.

Lacus Benacus, Catulli & Domitij Calderini vicinitate illustris, est lacus *Veronensis*.

Soraacte in Faliscis, mons Virgilij carmine

ne celebratus, à Syluestro Pont. accola nomen accepit.

Vicouarum, censetur fuisse *villa Varronis*, in via Valeria, qua ad Marfos itur videlicet: cuius Cicero meminit in Philippicis.

Attellani, qui sunt sub Comite Auerfæ, in regno Neapolitano.

Alba Pompeia, vulgo *Alba* in finibus Liguriæ, dignum olim sortita Episcopum, Marcum Hieronymum Vidam Cremonensem: poetam sacrum.

Alba longa est, prisca illa Alba prope Romam.

Falisci sunt, qua cernitur Montiflasconium.

Sentinates) *Saxo ferratenses* vulgo in Umbria.

Memphis, regia Turcæ in Aegypto, *Cair*⁹

Nicopolis in Syria, quondam *Emmaus* dicta teste Hieronym.

Aphrica barbaria, Ptolomais in Syria, *Ara*.

Niniue) modo appellatur *Mosool*: *Ioppe*) *Iaphe*.

Damyata vrbs Aegypti ad ostium Niliquondam.

Aeliopolis dicta ab Aelio Pertinace, qui triplici muro eam circumdederit, scribente Baptista Platina in vita Honorij 3. Pont. Max. *Rages Medorum*, *Roais*.

Sypontum in Apulia, hodie vocatur *Manfredonia*, à Manfredo rege Siciliae Federici II. ex pellice filio.

Laus Pompeia apud Insubres, *Lodi*.

Euganei colles, à Vicentia excurrunt usque Bassanum, de quibus à Virgilio ob præstantiam lanarum fit mentio, ad læuam horum collium versus Veronam est vallis, cuius incolæ sunt *Ausugani*, nunc: *vallis Sugana*.

Vocontios aliqui intelligunt eos, qui vulgo dicuntur *Pedemontenses*: aliqui eos, qui incolunt regnum Nauarrae. cum à Plinio censeatur esse pars Galliae Narbonensis *Vocontia*, li. 14. ca. 18. itemque ca. 4. lib. 4. Qui harum rerum inquirendarum erit paulo diligentior, conferat lectionem recentiorum Geographorum cum veteribus, legatque ex recentioribus, Blondum, Aeneam Sylvium, Sabellicum, Marlianum, Irenicum, & Abra. Ortelium: in Geographico The-
sauro..

P E R O



P E R O R A T I O
ad Lectorem.



V M Romæ annis superio-
ribus D. Raimundo Vichia-
no Cardinali, titulo Diui
Marcelli, forte ab Epistolis
essem, atque earum vna ad
D. Iacobum Sadoletum conscripta indi-
caret, nullius me certi auctoris vestigia se-
ctari, sed vago quodam ac fluxo orationis
genere deferri. Et cum iam forte coram
loqui datum fuisset, tum Sadoletus, quo
nemo doctior hoc æuo repertus sit (iudi-
cio enim meo suffragatur testimonium
Erasmi in lib. Epist. floridarum) collau-
data prius scribendi indole, paulo etiam
plus fortasse quàm dignum erat; dehinc
subaccusat delectum iudiciumque meum,
quod hæctenus nondum statuissem certã
aliquam formam rationemque dicendi
consectari. Itaque me prorsus reuocat ad
lectionem Ciceronis voluminum, fore cõ- *Cicera.*
firmans, vt lectio obseruationem, obseruatio
imitationem pariat. Addit insuper, me qua-
si non sentientem, aliquos profectus bre-
L 6 ui fa-

ui facturum. Tanti scilicet esse, optimis quibusque assuescere. Parui (viti par fuit) tanti viri consilio hortationique. ac dicerem quidem aliquid de utilitate, quam inde consecutus sum, nisi quia vereor me opinionem aliquam iactantiæ de me concitaturum. Atqui diceres, Nunquid nam igitur ceteri scriptores artium contemptui habendi, aut (quod adhuc superbum videatur) relinquendi sunt? Minime verò, inquam, quippe quorum multò maxima pars faciat, tum ad variarum cognitionem rerum, tum ad cultum dicendi, tum ad copiam diuitiasque sermonis Latini, adde etiam voluptatem. Verum enim vero neminem statuo esse, à quo iudicium autoritasque dicendi in primis, & tanquam à fonte peti debeat. A *Cicerone* primo petenda est, à *Linio & Iulio Cesare* deinceps, & *Terentio*. Reliqui vero quotquot vnquam fuerunt bene loquendi scribendique autores, aut obsoletæ illi vetustati fuerunt propiores, aut in ea tempora forte inciderunt, cum sermo Latinus à prisca illa cœpit degenerare puritate maiestateque. Sua tamen vnicuique fuit gratia, suus debetur honos. Quorum tamen ij quam illi sunt tolerabiliores quiq; propiores fuerunt ætati *Ciceronis*, in hac turba scriptorum meliores: veluti *Fabius*,
Salu-

Sallustius, Plinius, Suetonius, Q. Curtius, Valerius Maximus, iterumq; Plinius Nepos. Sed quorsum hæc: vt rationem instituti consilijq; nostri cognosceres: nempe à quibus autoritas dicendi sumēda sit potissimum. Equidem quod ad me attinet, facile patiar vnicuiq; suum delectum, suam sententiam illibatam manere. Placeat alij vetusta illa nouitas Plauti, deriuationem atq; licentiā verborum Gellianam amet alius. sit qui ludat flosculis Apuleianis. Ciceroni tamen prior palma deferatur, sua autoritas sit integra. De cuius autoris laudibus dicerem, nisi ipse quamlibet disertas omnium laudationes superaret. Tritum est prouerbum, Vino vendibili nihil opus esse suspenso hedera. Hoc tamen subijciā, in Cicerone vsuuenire, quod in reliquis scriptoribus nō perinde, vt repetita lectio ipsius operum gratiam nouitatis non solum non amittat, sed augeat etiam. Habes breuiter expositam tibi causam rationemq; instituti nostri, simul etiam παραίτησις quamdam. Vale Lector optime, & studijs nostris faue.

L 7

A.M.



AMPLISSIMO CLA-
RISSIMOQ. VIRO,

D. JOANNI
GOGGRANIO,

ILLVSTRISSIMI ET
CLEMENTISSIMI
D. GVLIELMI, IVLIARVM,
Cliuis & Montis Principis, &c.
Cancellario,

GVLIELMVS INSVLANVS
DOCTOR S. P. D.



VI causas diuturnarum
contentionum Germanie
studiosius sciscitati vnde-
cunque perquirunt, vir
ampliss. haud illi mihi
quidem imprudenter fa-
cere videntur. Etenim
causis morborum exploratis cognitisque expe-
dita facilisque redditur curatio. Eis vero ig-
noratis, anceps & fortuita sequatur medica-
tio, necesse est. Qua considerata perpensaque re,
sumendum mihi temporis aliquid putavi in
isto

isto meo qualicumq; ocio, quo vacarem inuesti-
 gationi istarum difficillimarum contentionum,
 tum studio procurandæ utilitatis publicæ, tum
 animi gratia quoque, quod, uti te scire suspi-
 cor, libenter soleo diuerticula exercitamenta-
 quæ ingenij aliqua quærere. In eam igitur di-
 sputationem altius ingressus, tandem repperi,
 non parum momenti publicis malis atq; cala-
 mitatibus allatum à promiscuo prauoque vsu
 Calcographiæ. Quocirca feci ex ritu & officio
 Medicorum, in morbis præsertim grauioribus,
 quibus quum non satis sit, principia & causas
 indagatas rationibus Physicis, adhibere etiam
 solent exempla experimentorum, eademq; in-
 ter sese conferre. Repetitis igitur initijs & in-
 crementis Calcographiæ, tandem tempora cū
 temporibus, ingenia cum ingenijs contuli, for-
 mas etiam & varios habitus scribendi: ipsos
 denique fines propósitos successusq; prosecutus.
 Quibus simul consideratis atq; intellectis, pru-
 dens ac diligens lector facile secum æstimabit,
 quantum debeamus inuento artificioque Chal-
 cographiæ, quantumve non: quum alibi ferè,
 tum verò in hoc tot altercationibus extracto
 Religionis negotio. Interim tamen à me mi-
 nimè dissimulatis benè meritis Chalcographiæ,
 quæ tamen vereor, ne fuerint exuperata nu-
 mero & pondere malè meritorum. Huius ope-
 ris editionem tuo nomini inscribo, Vir orna-
 tissime, studio imprimis adductus beneuolentiæ
 in me:

in me:

*in me tuæ. Tum verò est propria ac peculiaris
 quedam mihi ratio eius inscriptionis atque de-
 dicationis, quod intelligam mihi aduersus vim
 & iniuriam æmulum opus esse tutela & pa-
 trocinio potentioris alicuius, qualis tu tui ve
 aliquis similium, hoc est, valentis ingenio, pru-
 dentia, doctrina, eloquio, autoritate, gratia.
 Quippe parata mihi haud dubio dimicatio est,
 à non solum Chalcographis malis, sed etiã ver-
 naculis istis & vitiosis scriptoribus: in ijs glo-
 rie, in illis quæstus importuno præposteroque
 damnato studio: in vtrisque autem participatio-
 ne atque licentia editionum Nam fieri ne quibat,
 quin ambobus id crimen facerem commune.
 Quanquam in eo fortè peccatum Chalcographi
 maius, quia suo ministerio, instar præconis tu-
 bæ vocisque promulgantur male perperamque
 scripta. Eam verò meam operam gratam, le-
 ctionemque iucundam tibi spero fore, quod sciã
 te, vbi paululum à negotijs publicis discesseris,
 plurimum istius generis scriptis solitum dele-
 ctari. Est namque in te amor studiorum atque
 litterarum, qualem in paucis hominibus nostra
 quidem ætate licet cernere. Argumento inde
 potissimum accepto, quod suasor auctorque fui-
 sti Illustrissimo Principi nostro scholæ publicæ
 Dusseldorpiæ inchoandæ, atque dotandæ, rei
 quidem per se primum difficili visæ, quòd à
 nonnullis ambigeretur de commoditate loci at-
 que importationum. Verùm eam omnem
 dif-*


difficultatem qualis modo futura esset, tu v-
nus antea longè ingenio prævidisti, consilio ex-
plicasti, diligentia superasti, atque aggregatis
hic partibus fermè omnibus absolutæ consum-
matæque virtutis, cumulasti laudem pietatis,
prudentiæ, beneficentiæ, ad illam primam stu-
diorum amplificationis; fecisti que tu in his
quidem regionibus, & facis quotidie, quo mi-
nus multæ exaudiantur querelæ super ingra-
titudine nostrorum temporum erga studia
artesque bonas, sitque eo etiam beneficij tui
istius laus amplior & illustrior, quod totum
ipsum genus docendi ab omni fastu strepituque
contentionum cupis esse remotissimum, iussis
præceptoribus, quos doctissimos accijuiisti,
purè, simpliciter, liberaliter iuventutem in-
stituere, ne prius ipsa ociosè nugari, quàm
aptè fari de litteris disciplinisque norit. Re-
ctè id quidem & ex mente diuini Platonis,
cuius est sententia in Legibus suis, mini-
mè affuefaciendam pueritiam ad rixosas
disputationes: quod mos ille semel receptus
coalitusque ferè in habitum naturamque fe-
ratur. Quocirca sperandum continuo est ex hoc
seminario virtutum studiorumque optimorū,
huberrimos suauissimosque fructus peruentu-
ros. Rursus si domini manibus sata feliciter
proveniunt omnia, vti est in veteri Proverbio.
quid ni existimemus ingentē olim fœnoris vira
redditurā segetem istam studiorum, sparsam
qui-

quidem manibus Illustrissimi D. Principis nostri, tuis verò ministratam, præsertim quando augurationem sententiamque meam comprobant ipsi successus, præteritam omnem expectationem opinionemque longe superantes. Quod si ad tantas partes utilitates, aliquid ex nostra quoque lucubratione ista accedet, nostro contenti officio, voluntate etiam delectabimur tua, quum intelligamus tibi utilitates publicas tantoperè procuranti, diligentiam operamque nostram non gratam fore non posse. Vale,

Date Greuiburgij, quinto nonas Iulij,
millesimo, quingentesimo
quadragesimo septimo.




BONE



BONINNE PLUS
AN MALI CHALCO-
GRAPHIA CONTVLE-
RIT STUDIIS
litterarum.

GVLIELMI INSVLANI
GREVIBROCENSIS
dissertatio.



HILIPPVS CAL- Phil. Cal-
LIMACHVS muni- limachus.
ceps Florentinus, oppi-
do Geminiani ortus,
refert in Historia re-
rum à Venetis sua æta-
te gestarum, forte tunc
ab habita oratione funebri in obitū M.
Barbadici, Clarissimi Principis Veneto-
rum, à Luca Pisano, viro Patricio, & no-
bili iniectam disputationem fuisse, à nō-
nullis doctissimis, qui tum aderant, viris:
Vnde nam foret, quod *studia Humanitatis*
& *optimarum quarumque artium in tanta,*
tum versarentur frequentia celebritateque.
Iuuat:

Iuuat repetere nomina, haud illa quidem
 obscura. Erant illic, *Ludouicus Mocenicus,*
L. Creticus, Pandulfus Pisauricus. Benedictus
Brognolus. Iohannes Calpurnius, AEmilia-
nus Cimbriacus, Nicolaus Leonicus Thomæus,
 quem nos Patauij iam senem profitentē
 Philosophiam audire contigit. Refert au-
 tem Callimachus in eo hæsisse cōtrouer-
 siam, quod alijs eorum videretur, eam
 quasi *fatalem esse conuersionem rerum,* quòd
 litteræ & studia Humanitatis, quæ multis
 retro sæculis pænè interciderant, spiri ū
 vigoremque priscum recuperauissent.

2. Contra quibusdam secus visum, quod
 crederent tantam propagationem cele-
 britatemq; studiorum eloquentiæ attri-
 buendam diuino, vt ipsi prædicabant, *in-*
uento Chalcographiæ, cuius officio operaq;
 infinita librorum exemplaria per orbem
 diuulgarentur. Tandem collatis hinc il-
 linc rationibus, ita discessum fuisse scribit
 Callimachus, vt fructum multiplicatio-
 nemq; optimarū artium adeò nō acceptā
Chalcographiæ crederent ferendā, vt maio-
 re cum detrimento iacturaq; studiorū in-
 uectā censerent. Ea disputatio etsi in pub-
 lica relatā monumenta fuerit, vt idē Cal-
 limachus autor est, in nostras tamen ma-
 nus minimè peruenit, nec verò alias, præ-
 terquam illic, à nobis percepta mentio.

Digna

Digna tamē res visa est, in qua repetēda inuestigandaq; operę aliquid poneremus: Etsi enim nō ignoro multis nominibus à prima sui inuentione commendatā Chalcographiam, vel ob compendium lucri in mercandis libris, vel ob alleuationē laboris in scribendis quoq;, vel ob gratiā subtilitatis atq; nouitatis, vti ferè assolet. Vnde illud exijt distichon Ioannis Antonij Campani Episcopi Aprutini, toto tunc circumlatum orbe terrarum:

Imprimit ille die, quātum non scribitur anno:

Nunc paruo doctus quilibet esse potest.

Veruntamen dentur tam effusę laudationes recenti plausui illius ætatis, in quam fortē incidit Chalcographiæ inuentum: vel licentiæ etiam poeticæ, res quanta sibi ad miraculum vsque naturæ attollere consuetæ. Nam, quæso, quid tantoperè hubertatem, felicitatemq; naturæ aut eximiam subtilitatem ingeniorū circa hoc genus inuenti demiremur? Quasi verò nō illic *casus & fortuna* sibi plurimum potuerint vindicare, magnaq; ex parte adiuuare *industriam*? Siquidem facilè fieri poterat, aut notæ litterarum in tabellis iconarū, vt fit, insculptæ, præbuisent materiā & occasionē fingendi imaginandiq;, quatenus eadem notæ fusæ dissipatæq; potuerint transponi in ordinēq; distribui.

Casus.

Nama

Nam id vnum exempli gratia ponimus, quanquam alio quopiam casu. primus inuentor fortè fretus fuit in artificio excogitando, qui tamen haud multum esse dissimilis potuit, ab eo quem nos posuimus. Semper veteribus inuentis noua, eademq; subtiliora, licuit adijcere. Quod si in primis inuentus locus fuit casui, quid ni in sequentibus quoq; id quod vel ab exemplo primi omnium *Tubalcain* queamus cognoscere, qui primus fortè casu æris fundendi elaborandique artem excogitauit; vnde tandem aliquando descendit formularum ænearum inuētum, quarum in officinis librarijs vsus. Euidētius autem id cognoscatur à primordijs *Musices*, quanto aurium sensus delicatior & ad percipiendas distinguendasque harmonias præsentior. An non primus omnium *Tubal* distinctiones varietatesque sonorum ex ictu deprehendit malleorum; vnde postea *Musices* ducta initia & aucti progressus. Quod si quis vti que affirmare atque etiam in magnis ponere voluerit illud videlicet, concurrisse & ingenium, & solertiā, & fortunam circa inuentum *Chalcographiæ*. Non reluctor equidem nec inuideo, duobus summis autoribus confirmatus, & Platone & Plutarcho, quorum alterius in sua Republica
sen-

*Solertia
typogra-
phica.*

sententia est, *Maxima quæque fieri, aut à natura, aut à fortuna, non autem ab arte.* Alterius in libro *περὶ τύχης* docentis, *casum & artem* simul aliquid efficere posse. Sed dum permitto tantarum rerum concursum ad efficiendam autem Chalcographiæ fortè fuisse, ita nequaquam concessero ipsam summè necessariam semper fuisse, esseque. Quippè à prima litterarum inuentione atque usu vsque ad tempus inuenti huius artificij (intercurrisse video ad sesquimille annos, quamuis Plinius nescio quorum secutus opinionem, libro VII. cap. 56. *æternas fuisse litteras docet.*) A tanto, inquam, tempore genus humanum caruit subsidio Chalcographiæ, & quidem absque vlllo insigni incommodo. Quod si quemadmodum natura ipsa rebus creatis omnia ad satisfactionem necessitatis tribuens, ita ea quoque, quæ ad commoditatem & ad decorum faciunt, plerumque consuevit larga manu suppeditare, ne qua in parte inuida aut auara à genere humano censeatur. Cur ergo non statim primis litterarum inuentis subiunxit Chalcographiam? Vel cur non vel aliquanto, sed tamē modico interiecto spacio seu annorum seu sæculorum artem monstrauit? Sed hic facile, sicuti alias ferè, liberabitur ab

omni

Litterarum inuentione.

omni inutili accusatione rerum natura,
 quæ quasi huius genere inuenti minimè
 indigeremus, aut quasi nihilominus ci-
 tra omnem offensionem studiorum po-
 teramus carere, si modò ab initio creati
 orbis fuisset, ita nullam curam habuisse
 videtur ingenijs mentibusque suggerendi.
 Quamquam ne non videatur natura ide-
 an præmonstrasse, aut certè congenerem
 aliquam formam, iniusta fortè sit quere-
 la. Etenim emblemata ista & incrustatio-
 nes, quales in parietibus pavementisque
 vetustissimis alicubi cernuntur, totaque
 illa coagmentatio atque dispositio, affi-
 nem aliquam speciem exhibent illius ab
 officinis librarijs excogitatæ. Vtriuslibet
 siquidem artis opus Geometricis dimen-
 sionibus proportionibusque constat, nisi
 quod altera machina est solutilis aptaque
 transponi ad quamlibet necessitatem, al-
 tera firma & compacta. Sed, vt dixi, nulla
 Naturæ fuit cura adijciendæ rei superua-
 cuæ, quandoquidem & ad cultum ingenij
 & ad doctrinam percipiendam, *stylus* atq;
calamus satis idonea copiosaque fuerant
 instrumenta, quibus & dictata exciperen-
 tur, & lecta quæque exscriberentur. Itaq;
 totum illud inuentum atque artificium
 Chalcographiæ, muneribus *Fortunæ* ma-
 gis quàm benignitati ingeniorum tri-
 buen-

buen-

buendum esse videtur: Nec magis ab insigni aliqua necessitate profectum, quam exornatum à luxuriantis indulgentia naturæ. Sed quid dicamus necessarium omnibus modis vsum Chalcographiæ? quæ multas artes à captu vulgi remotas, & à commercio humano alienas ostenderit Natura, quia videlicet cognationem aliquam nobiscum habent, putes inter reliquas, *Astrologiam*. (Nam hanc evidentioris intelligentiæ causa afferimus) atque eius quidem scientia hominibus quasi congenita, monstrata est à primis creati mundi initijs. Chalcographia autem quasi, aut extra nos sit, aut certè parum ad nos pertineat, ita sæculo ipso ad senium vergente iam aliquando in lucem prodijt. Quod si doctissimi quique viri, qui à remotissima illa antiquitate fuere, fortè natura rerum restituti interrogentur, numquid ad cumulum & profectum studiorum suorum cognita nunc atque in vsu habita conferre Chalcographia potuisset, si fortè præuenta tempora fuissent? Negarent illi profectò, dicerentque: Rursum illam vetustatem, ingeniosam tamè & ad alia atque alia inuenienda capacem solertemque minimè optaturam fuisse officium Chalcographiæ, vel per somniũ quidem coagitata. Sed tamè quo res ipsa

M

cer-

*Scripto-
res ar-
tium.*

*Petrar-
cha.*

certior illustriorque fiat, exempla aliquot adferemus: non illa quidem ab ultima usque antiquitate repetenda. (Nolumus enim videri Euandri ætate vixisse, & foret illud inutilis superstitionis, ut in re facile probabili.) Saltem adferentur exempla à propinquiore ætate, tamquam magis notis atque familiaribus, tum verò maioris lucis claritatisque causa saltem agemus de scriptoribus artium Humanitatis, quibus ita demum inter se collatis, liquido constabit, multò plures ac præstantiores extitisse scriptores, paulò supra tempus inventæ frequentatæque Chalcographiæ, quàm per initia & incrementa ipsius. Francisco Petrarcha Aretino, quid sua ætas habuit in scribendo purius, elegantius, iucundius, discretius? Vixisse autem inuenio per tempora Caroli Quarti Cæsaris, nam ad hunc quædam conscripsit. Quod si alicubi sibi met inferior videtur, ubi fortè limam desideres, & tersiciem: non ingenij infirmitas, sed temporum ruditas in causa fuit, ad quam vir prudens aliquando stylum attemperasse videtur. Atque hoc tum auctore duceque magnos progressus fecere studia artesque humanitatis. Proximus, quem ab hoc numerem, etsi aliquanto relictus intervallo

uallo

uallo, erit Leonardus Aretinus, ipse quoque vir, in quò nihil ingenij defuisse intelligo, nihil veræ perfectæque facundiaë. Par ferè laus *Francisci Poggij Florentini*: diligentiaë forsan aliquid plus desiderasses, sed id quoque communi temporum vitio tribuendum statim docuimus. Aliquanto plus castigationis in *Laurentio Vallensi Romano*, sed in quo minus videas leporis & gratiaë, summus tamen, quum sese efferre conatur. Huic statim adsciscendus *Franciscus Barbarus Venetus*: nam & huius opera aliquot egregijs monumentorum scriptis enituit. Est & tum in precio habitus *Guarinus Veronensis* senior tersus & elegans scriptor, *Franciscus quoque Patricius Senensis* aliquot operibus à se editis, fatis declaravit, quantum, si diligentius anniteretur, præstare potuisset. Nam *Aeneas Sylvius Piccolhomeus*, & ipse Senensis, qui postea Pius II. Pontifex, quò minus maiestatem implevit summi Oratoris, impeditis turbinibus negotiorum videtur, dignam tamen quovis attulit Oratore indolem ad scribendum, copia alioquin, varietate, elegantia, facilitate nulli secundus. Laudavit tum illa ætas quoque *Bessarionem Nicenum Cardinalem*, Græcum natione.

Laur.

Valla.

Franc.

Barbarus.

Guar Ve-
ronensis.

Franc.

Patricius.

Aeneas
Sylvius.Bessarion
Card.

M 2

ne, sed

Nic. Perottus. ne, sed qui ingenium peregrinum pulchre cum Italicis artibus miscuisset. Nicolai quoque Perotti Archiepiscopi Sipontini laus notior est, quam vt à me multis prædicari debeat. Sed piaculi loco mihi

Io. Ant. Campanus.

Lactant.

Flavius Blondus.

fit, si in hoc albo præterierim *Ioannem Antonium Campanum* Episcopum Apruntinum, omnibus pænè absolutum numeris Oratorem, & in quem sua munera effusissimè natura contulisset. Neminem cum hoc de principatu laudis conferendum putarim, si à Cicerone in suam usque ætatem quoscumque optimos scriptores numeres. Lactantium fortè aliquis prætulerit, sed huius opera in paucis exercita, laudem se dignam vix inuenit. Campani omnia supra communem opinionem fidemque naturæ, vt paucis cuncta absoluaui. Fuere tum in magna celebritate plerique alij scriptores, quorum saltem citabimus nomenclaturam, quo parcam tædio multæ lectionis, ceu *Petrus Paulus Iustinopolitanus, Donatus Acciolus, Matthæus Palmerius, Lippus Brandolinus, Florentini omnes, Maphæus Vegius Laudensis, Ioannes Aurispa, Ioannes Tortellius, Antonius Luscius Vicentinus, Gregorius Tiferinas, Blondus Flavius Foroliuiensis, Antonius Tudertinus, Pomponius Letus Romanus, Baptista Platina Cremonensis, Domitius*

tius

tius Calderinus Veronensis, Petrus Marsus senior, Dominicus Sabinus. Hic libet finem imponere scriptoribus, quæ præcefferunt vsum & frequentiam Chalcographiæ. Possem quoque ingentem multitudinem adferre excellentissimorum in omni genere artium scriptorum. Sed quoniam probari lucidius potest, id quod quærebat, productis quasi in aciem optimis clarissimisque viris studio eloquentiæ præditis, reliquos consulto prætermisimus. Igitur facto fini scriptorum excellentium, illustriumque recensendi catalogi, illud in vniuersum modo dixisse sufficiat, eos omnes, quos recensimus viros, nullo Chalcographiæ adminiculo fretos, sed docta paucitate electissimorum scriptorum contentos, totisque studiis ad æmulationem intentos, ad tantum fastigium tum doctrinæ tum eloquentiæ peruenisse, vt si quis situs squalorve relictus à vetustate fuisset, ille tot doctissimorum hominum ingenio fuerit, & opera abstersus, proque rubigine nitor, pro ruditate successerit eloquentia. Quod quo adhuc manifestius fiat, expendantur, ceu ad trutinam, frequentatæ initia Chalcographiæ, profectò constabit, tum primum inclinatum eloquentiam, multum de pristinis viri-

bus amisisse . Id vitij autem inde accidisse video, quod facta disseminatio-
ne librorum auctaque nimia copia, ne-
cesse erat pariter accidere, vt hominum
quoque ingenia pari auuiditate cape-
rentur in degustanda varietate scripto-
rum, quippè cuius magna sit illece-
bra.

Quocirca huic studio atque volupta-
ti inferuitum à Typographis est, non
tam quærentibus vtilia, quàm varietate
delectantia subinde in lucem dare.
Verùm quantum hac in parte consul-
tum fuit amœnitati, tantum acce-
ptum nocementi à studio variæ lectio-
nis. Vt enim cibus simplex optimique
succis facile à stomacho valente conco-
quitur, atque in legitimum sanguinem
transmutatur: Ita quoque simplici o-
ptimorum Scriptorum lectione inge-
nium alitur, & confirmatur, ad imitatio-
nemque sui stylus ipse conformatur. Rur-
sus quemadmodum à varietate ciborum
atque condimentorum stomachus flu-
ctuat, laboratque in perficiendo, nec opti-
mus sanguis creatur, sed varius & inæ-
qualis, pro natura & qualitate ciborum,
ita quoque à frequentatione variæ lectio-
nis, inæqualis suiq; dissimilis nascitur scri-
ptio. Quocirca qui iuuentutem ad studia
rectè

*Vari-
ali-
brorum
lectio no-
xia.*

rectè inchoanda tractandaq; hortantur, illud præcipere solent, vt bibliotheca non magis promiscua multitudine sit referta, quàm selecta paucitate librorum optimorum instructa, ne in morem fastidientis stomachi, nunc de hoc, nunc de illo modicum quid carpendo, ingenium minus impleatur. Sed quæadmodum benè commanfus attritusq; cibus, leuius concoquitur, perficiturque, nutritque melius, ita quoq; benè diuq; p̄sitata lectio optimorum scriptorum optimè instruit alitque ingenium. Refer nunc, si libet, mentem, memoriamq; reuoca ad tempora, quibus primū inoleuit imprimendorum librorum vsus, quotusquisque optimus scriptor numerabitur vsq; in ætatem nostram? Dū optimos nomino, intelligi eos volo, qui proprietatē & decus Romanæ eloquētiæ retinuerūt. Quo fanè malo agnito anim- *Cicero-*
aduersoq;, exorti sunt nostra tēpestare, qui *niani.*
modis omnibus dehortarentur iuuentutē à studio variæ nimium, promiscuæque lectionis, delectūq; proponerēt optimorū, facta cohortatione inuitationeq; ad emulationē diuinæ Ciceronis eloquētiæ, cōfirmata fide persuasionū, suismet quoq; exēplis atq; relictis monumētis, & quidē probatissimis celeberrimisq;. Quo in genere laudis, summi habiti sunt, habenturque,

P. Bem- Petrus Bembus, Iacobus Sadoletus, Christo-
bus. phorus Longolius, & qui hos aliquanto spa-
I. Sado- tio temporum præcessit, Paulus Cortesius.
letus. E diuerso licet recensere aliquos vulga-
Christoph. ri quidem persuasione eloquentes habi-
Longol. tos, quia elegantes & venustos; re vera
Paul. Cor- varios, dispersos, inæquales, incondi-
tesius. tos, quod ideo accidit, quia videlicet in
 magna librorum copia atque varietate
 consimilem lectioni faciem scribendi
Ang. Po- assumpserunt. Angelum Politianum, ho-
litianus. minem quidem prædoctum sua ætas de-
 mirata est tamquam summè eloquen-
 tem; vnus tunc repertus Paulus Corte-
 sius, qui staret aduersus hanc passim re-
 ceptam opinionem. At certè Politia-
 no in delicijs fuere floſculi Gelliani, bra-
 ctæque Plautinæ, & Varronianæ, ex
 quibus ferta suæ scriptionis compone-
 ret, interim tamen aliquid proprium &
 peculiare habens, quod arguta festiui-
 tate sua commendetur. Huius aliquid
 simile habuit Iouianus Pontanus, sed in
 quo tamen minus affectionis cerneretur.
 Nam Georgius Merula Alexandrinus, bo-
 nus scriptor haberi poterat, si parem in-
 genij animique moderationem ad cala-
 mum attulisset. Itidemque Vallæ Placen-
 tinus & Marsilius Ficinus, si officium ora-
 toris intra terminos docendi consisteret,

non

Iouianus
Pontanus.
Georg.
Merula.
Go. Vallæ.
Marsilius
Ficinus.

non etiam delectatio peteretur. *Hermolaum Barbarum* satis vindicant duæ tresve orationes à nota infantia, illic enim summè disertus eloquensque repertus. Reliqua ferè amator *Plinianæ* proprietatis atque breuitatis; clarus tamen in docendo. Consimilis ferè phrasis *Petri Criniti* & *Raphaelis Volaterrani*, nisi quod in hoc paulò plus leporis. *Philippum Beroaldum* autem & *Ioannem Baptistam Pium*, Bononienses ambos, nescio quod consilium quive casus deduxit ad æmulationem picturatae illius *Apuleianæ* facundia. in summa, A multiplicatione nimia librorum cuiusque generis, atque à lectione promiscua ac varia, consimilia genera scriptorum surrexere, factumque, vt ingenia quædam non pessima, pessime tamen scriberent, vt magnas illis adhuc immortalesq; gratias habendas profiteor, qui malo, sero quidem, sed tamen aliquando deprehenso, indicatoque, renouare studiosam iuuentutem à vago incertoque cursu studiorum, ad certissimam quamdam semitam, optimamque discendi scribendique formam. Ac ne illud quidem interim omittamus, minuire admodum profectum studiorum atque litterarum tot excogitata editaque compendia, vt *Marij Nizolij* in *Cicer.* nescio

*Herm.
Barbarus.*

Pet. Crin.

Raph. Vo-

laterran.

Phil. Be-

roaldus.

I. Bapt.

Pius.

*Compen-
dia sunt
dissidia.*

M. 5. quot.

quot & quam varios præ se Indices & titulos ferentia, *Epitomes, Elenchi, Collectanea, Rhapsodi, Repertoria, Postillæ, Abbreuiatura*: quæ quidem compendia, etsi ex parte vetustis quoque fuerint adhibita temporibus, valdè tamē parcus ac sobrius extitit vsus, comparataque potius gratia iuuandi ingenij, recolligendæve memoriæ videntur, quo leuaretur labor quærendarum rerum alias perceptarum, quàm quod conuerterentur ad patrocinium segniciæ & desidiæ. Atqui nostris temporibus satis visum plerisque est, frigido alicui Epitomasti operam datam, ipsis prototypis autoribus salutatis saltem à limine. Quorum tamen testimonio libenter in fide liberanda vtuntur, quando autoritas ipsius Epitomastis ferè est leuior. Et quoniam ocio & quieti plerumque genus mortalium vltro vacat, lectio- nisque multæ ac frequentis tædet, facile repertus semper est Chalcographus, qui adductus spe quæstus, desidiæ subscribe- ret, gratificareturque in compendijs excudendis, quod mercem vendibilem sese intelligeret habiturum. Quamquam intolerabiliore omninò, qui non solius rerum cognitionis causa, vt multi, summam compendiorum percurrunt, sed in- super studio contrahendæ supellectilis, qua

*Typogra-
phi Epi-
tomatum.*

qua

qua libros à se compositos atque mox edendos instruant. Tametsi interim sese Midas aliqua ex parte prodere consuevit, vt iusta quadam compensatione ignominia & dedecus pro sperata gloria referantur. Etenim docto ac prudenti lectori facilè omninò datur discrimen ingenuæ simplicisque iuxta ac accersitæ mutuataeque scriptionis atque styli. Atqui diceret hic aliquis: Numquid igitur tu nullam admittis iterationem rerum antea scriptarum? Admitto, inquam, sed ita demum sicuti Prætor concedit nouum tignum immitti inædificarique sacris locis, hoc est, si à noua illa fabrica reddatur facies templi ornatiior, non autem deformitatis aut incommodi aliquid accipiatur, vt in Pandectis, Titulo: *Ne quid in loco sacro fiat.* At verò hodie quoties commodè & optimè olim scripta traditaque vidimus licentia & libidine multorum in aliam formam transsumpta, hoc est, polluta atque conspurcata, vt præstitisset suafmet ineptias quemque talium scriptorum imprudenter seorsum inculcasse, quàm in alieno turpiter fuisse igeniosum. In tantam audaciã & scelus vehementius etiam esset perorandū nobis, sed vincit facultatem scribendi indignitas facti. Itaque hoc

An ab alijs scripta non attingenda?

M 6

loco

*Laz Bo-
namicus.*

M. Cato.

loco prætermisso, præsertim, quum cui-
bet non ignaro rerum, facile constet quid
tam nefario flagitio debeatur. Citabimus
exemplum *Lazarii Bonamici Bassanensis*,
in omnem ætatem memorabile: Hic
vir quod in summo concursu celebritate-
que litteras Græcas Latinaque Patavij
profiteatur, in maximaque veretur au-
toritate nominis, frequenter rogatus,
cur non ipse quoque, in tanta turba scri-
ptorum, quibus orbis terrarum affluit, a-
liquid momentorum proferret in lu-
cem? Respondisse fertur, tantisper se-
se à scribendis edendisque abstinere li-
bris velle, donec aliquid ex sese novum
inuenerit, aut ab alijs beneiuenta me-
liora se redditurum speret. Itaque hac
ille sententia atque responso, publicis
iam celebrato vocibus, quasi tacito quo-
dam conuicio, & repercutit multorum
impudentiam temeritatemque scribendi,
& ingenuitatis modestiæque summam
refert laudem. Haud multum dissimili
euentu ac gratia amplitudinem fame cõ-
secutus, quem Cato Porcius olim. Quum
enim interrogaretur: Cur non ipse quo-
que sibi statuam in foro populi Romani
sineret collocari: quod multi meritis aut
pares aut inferiores erga S. P. Q. Ro-
manum, statuas sibi erectas obtinuissent?

Tum

Tum ille, malle se, ait, quæri à sua posteræque ætate, cur Cato sibi statuam poni noluiſſet, quàm quod posita eſſet. Subindignatus vir iuſti tenax: videri poteſt crebritudinem ac frequentiam honoris paſſim multis impartiti, qui ſaltem debebatur patriæ conſervatori liberatoriue. Itaq; multorum memoria, quorum ambitioni datus honos fuit ſtatue, ſimul cum ipſis ſtatuarum interijt monumentis, Catonis & nomen & gloria rerum geſtarum hæcenus celebrantur, ſemperque celebrabuntur. Sed ne longius digrediamur ab eo, quod paulo ante poſitum fuit, ubi interrogabatur, quatenus liceat iteratio mutuatioue ſcriptorum alienorum: illud quoque conſitemur faciendum à ſcriptore iſto ſecundario, vt bona fide uſus, nequaquam diſſimulet acceptam aliunde opportunitatem, atque ſubſidia inuentionis propriæ, adauctæue copiæ. Sed limitibus ſui officij, operæ, diligentia contentus, nihil ſibi ſumat ultra profeſſionem argumenti ſuſcepti, interpres interpretis, Paraphraſtes paraphraſtis, dogmatistes, dogmatistis nomen ſibi aſcribat atque uſurpet, minime in ſe translaturus & meritum laboris & gloria ius alienæ. Suſpectamque perpetuo habeat obſervationem, diligentiam, iudicium,

M 7

peri-

Furta scriptorum. peritiam Lectoris, vt necubi deprehendatur possessor malæ fidei. Equidem fateor me interdum aduertisse annotasseque male dissimulata furta scriptorum, haud infimæ notæ. Abstineo citandis nominibus, ne vel inciuilis atque ingratus videar male merita cum bene meritis confundendo, vel prodigus aliorum famæ furta effundendo. Et re vera sunt eius generis seu furta, seu mutuaciones ponendæ in summo gradu iniuriæ. Plato quidem ipse tantum abesse ab officio boni hominis dicere solebat, profiteri quem se scire, quæ nesciat, aut ignorantiam dissimulare suam, atque cum videri se velle, qui quis non sit, vt vltimi sceleris & extremæ iniustitiæ totum hoc mendacij genus esse censuerit. Quod si ille ne in circulis quidem admisisset, quo animo tolerauisset in publicis librorum inscriptionibus atque monumentis? Contingit autem id vitij eò ferè, quod plerisque, qui se ad scribendum dant, etsi decus & amplitudinem probatissimorum scriptorum sese minus affecuturos intelligant, ordine tamen, breuitate, distinctione, candore, commoditate, superiorum temporum industriam à se æquari posse sperant. Atque hic ad comprobationem exempli quoque Pisistrati

Plato.

Quod sis esse velis.

Pisistrati

sistrati Tyranni meritum proponitur; *Pisistratus*
 qui primus omnium Homeri libris, *tus Ho-*
 vastis & confusis, ordinem distinctio- *merili-*
 nemque dederit. Obtenditur *L. Flo-* *bros di-*
rus, qui immensum illud opus histo- *stinxit.*
 ricum Titi Liuij ad compendium con- *L. Florus.*
 traxerit. Ac nescio quæ alia exempla
 citantur: Nam copia ne nobis qui-
 dem deesse poterit. Qui igitur his ar-
 tibus famam petunt, satis habent,
 suum nomen in mediocri aliqua lau-
 de versari apud turbam vulgarem, quam
 quod affectent se à cœtu quoque eru-
 ditæ paucitatis celebrari. namque hoc
 desperant præ infirmitate virium, il-
 lud suæ industriæ diligentiaque meri-
 to credunt tribuendum: vt iam ve-
 rum intelligas illud olim à Plinio No-
 uocomensi in epistola iactatum, plus
 omnino delectari homines fama ampla
 quam magna. Quibus tandem effectum
 rationibus est, vt alij istius generis
 scriptores post alios exorti, laudem
 præcedentium, pro suo quisque sen-
 su atque iudicio, sint vincere conati,
 Vnde successit, vt in repetendis antea
 scriptis, nullus fuerit, neque finis, ne-
 que modus habitus. Quanquam quod
 ad ipsam diuersitatem varietatemque
 scribendi formarum attinet, minus
forte

*Inepti li-
bri & im-
prij.*

*Falsis ti-
tulis libri*

minus forte illic peccatum existit, quam quod in susceptione tractationeque certorum argumentorum admittitur: illic inscitia & ineptitudo plerumque est in culpa; hic perperam scribendo error, stultitia, malignitas accusantur. Quam multos haecenus libellos vidimus, partim impios in Deum Divosque, partim scurrilitate aut maledicentia offendentes simplices piasque mentes, partim contumeliosos in superiores; quales olim *Famasi*, proprie dicti: adde quoque alias suppressi, alias mentitis autorum titulis editos libellos. Latissimus patentissimusque hic offerretur campus expatiandi incurrendi-que in hoc genus dementiae atque flagitij. Sed habebitur otij nostri ratio quoque, utpote melius dispensandi, quam quod in eiusmodi nugis atque tricis conteratur refellendis, ne in illud crimen, quod in alijs redarguimus, ipsi quoque labentes, ineptire cum ineptis videamur.

Diximus de varijs scriptorum peccatis, gradu quidem & conditione differenti- bus, omnibus tamen grauibus, minime- que posthaec ferendis, si fructum dignita- temque studiorum atque literarum con- seruare cupimus. Si publicam quietem, tranquillitatem, uti oportet, exoptamus. Si denique saluam Rempubicam volu-
mus.

mus. Vnum adhuc paucis taxabimus, le-
ue quidem ad speciem, vtiq; graue, quip-
pe à grauissimo animi morbo ortum. Il-
lud nimirum est editionum præcipitatio-
nis, originem habens ab arrogancia amo-
reque sui met proprio, fomite malorum
omnium. Alibi fortasse animi peruersita-
te delinquitur, hic iudicij quoque: dum
suae sententiæ blandētes, aliena suffragia
minime putant expectanda. Quo in ge-
nere atque vsu scribendi collatis studijs,
iudicijsque vetustatis cum nostræ tempe-
statis, mirum quanto distamus interual-
lo. Prisci olim scriptores opera sua ma-
turo iudicio expensa pertractataque sero-
timideque tandem edidere, imo quidam
viuentes suppressere. Et nisi falsa est hi-
storia, Virgilium sua amburenda refe-
runt testamento iussisse. At nostrorum
Germaniæ scriptorum multi absque riu-
li se amantes, vt est in Prouerbio, vt que-
que statim in mentem venere arrisere-
que, ita calamo prælisque non dubitaue-
runt mandare, æternitatem scilicet con-
tinuo habitura. Veruntamen rei melius
probandæ ac conuincendæ redarguendæ-
que vanitatis gratia, adducemus paucos
quosdam ex acie illa priscorum scripto-
rum, vt eorum cognita modestia, cuncta-
tione, verecundia, melius ex aduerso pa-
tescat.

*Edendi
præcipita-
tio & te-
meritas.*

*Virgil.
Maro.*

*Germani
præcipites
in libris
euulgan-
dis.*

tescat hodierni temporis temeritas, impudentia, festinatio in edendis libris. Interim dum nemo scriptorum nostræ ætatis nominatur, nec vniuersi perstringuntur, tutum me ac calumpnia puto futurum. *Virgilius.* *Virgilium*, quo nemo poeta Latinus melior, totos duodecim annos consumpsisse in libris *AENEIDOS* componendis, fama est. *Isocrates* summus Græciæ Orator, Panegyricum conscripsit, decem annorum spacio, qui parcissime dicunt, elaboratum. Et *Cinna Smyrnam*, eius tituli opus, nouem annis absoluit, si credimus Fabio libro decimo, capite quarto id recitanti: ne tanquam leue aut vnius saltem Horatij consilium putemus de premendis in nonum annum libris, priusquam euulgentur. *Plinius* quidem tantus scriptor testatur in prologo *Naturalis Historiæ*, se vsu lectione circiter duum milium librorum priusquam illud immensum & operosum de natura volumen confecisset. Vnde facilis datur coniectura vnicuique prudenti, admodum multum temporis atque laboris interuenisse, antequam, & tot ille libros expendisset, & suo illi operi inclusisset, vt interim omitantur, quæ aut prius ignorata, aut postea inuenta, se commemorat adiecisse.

Verum

Virgilius.

Isocrates.

Corn. Cin.

*Nonumq;
premat
in annum*

Horat.

*Plinius
maior.*

Verum ne sola prisca admiremur & laudemus, *Hermolans Barbarus Venetus*, tantæ viri doctrinæ, vt pauci aduersus ipsum nominentur, non sustinuit prælo excudi illud excellentissimum ac diu multumq; desideratum opus *Corollariorum*, donec se mortuo Didymus Fertinus Anagnostes ipsius, edendam curauit, si fides Baptistæ Egnatio in præfatione super *Corollaria*. Sed enim in vniuersum & Cicero & summi alij oratores olim, etsi disertissime ornatissimeque causas dixissent, Orationes tamen ipsi suas aliquanto spatio temporis sepositas, iam nouitatis gratia plausuque populari remisso, in manus resumere, nec nisi lima apposita solebant edere. Magna profecto modestia tantorum virorum, magnus pudor, & qui pudorem ilico incutiat istis leuibus & momentaneis scriptoribus somnia nocturna prælo committentibus postero mane. Et vti verum fateor, ipse quoque in media cogitatione huius rei incipio instare mihi met, & manibus scalpere frontem, quod nisi inueterascenti vsitatoque vitio, de quo agimus, tempestiue pharmaco intelligerem occurrendum, subsisterem differremque in tempus aliquod euulgationem huius mei paucis diebus confecti libelli. Quanquam autem ab opere aliquo
 subi-

Hermolans Barbarus.

Cicero.

*Elaborata
opera diu-
turna.*

*Virgil.
Georg.*

Insecta.

subitario licet accipere specimen, & in-
tueri imaginem ingenij, absolui tamen
perficiq̄ue egregiæ & excellentis alicuius
artis opus, nisi maturo otio, nequit. Et
illa fruges firmior omnino, nutriendiq̄ue
vi maiore, *bis quæ solem, bis frigora sensit,*
vt poeta ille inquit; & à pluuia æstiuâ au-
tumnaliue, vt solet, nascentes fungi, re-
pente vanescunt; & insectorum genus fer-
me totum, præsertim humi repentium,
parum temporis durant. Suntq̄ue inter
ea, quæ vnum saltem diem supersunt,
Ephemera idcirco dicta. Contra Elephan-
to, quia gestatur vtero toto biennio, vt a-
iunt, qui minimum temporis definiunt,
vita prorogatur in ducentos trecentosue
annos, acciditq̄ue illud in vniuersum,
quod in his formandis fingendisq̄ue plu-
rimum elaborarit natura, in illis mini-
mum. Consimiliter existinemus cen-
seamusq̄ue de artificio & vsu scribendi,
quod illi demum operi possit quæri æter-
nitas, quod diuturnus stylus effinxit, ex-
quisitum iudiciũ temperauit, labor mul-
tus perfecit.

Summa tandem sit omnium eorum
quæ hucusque diximus, & de varis formis
scribendi, & de festinatione editionum.
Pessime omnino de studijs literarum, &
de Reipublic. promeritam Chalchogra-
phiam,

phiam, quæ tantæ multorum scriptorum insolentiæ, cupiditati, ambitioni, arrogantia, stultitiæ, licentiæ, semper præsto adfuit, officium suum sedulo strenueque executâ. At vero obijciuntur forsân bene merita ipsius Chalcographiæ.

Hæc vero tria potissimum numerari posse video. Primum, qui leuat scribendi laborem, officium supplens calami. Secundum, quia lucro seruit: etenim multo minore sumptu impressi codices constant, quam scripti. Tertium, quia pro- uexit amplificauitque nomina scriptorum aliquot, quæ aliàs forte in obscuro delituissent. Tria hæc breuiter persequar ex ordine, sed ita, vt neque veræ laudes Chalcographiæ à me attenuentur, neque falsæ supprimantur.

Fatemur quidem necessario, munere ipsius Chalcographiæ factum, vt multis partem hætenus laboribus fuerit, parcaturque hodie, habendas quoque gratias primo inuentori. Ciuem fuisse Moguntinum referunt, ex genere eorum, qui Schæferi dicuntur: quamuis ad alios origo inuenti à quibusdam refertur. Certe ostendimus nos dolere illapsam corruptelam in rem optimam; querimurque oportunitate inuenti huius homines pletosq; ad priuatam abusos libidinem animi.

Typographiæ tria comoda.

1.

2.

3.

Typographiæ quis inuentor, vide Polydorum Virgil.

Scribendi
libros uti-
lis labor.

Notarij.

mi. Veruntamen est adhuc, quod confirmare audeamus haud pares vulgari opinionone utilitates nobis à Chalcographia prouenisse. Nam quid tandem magnum contulit, si scribendi onus & necessitatem, ut isti forte prædicarent, nobis ademit? quum quantum manus à labore scribendi, tantum fere ingenium vacat à profectu discendi. Etenim erat mos, nondum inuenta Chalcographia, scribendi in pugillaribus, aut certis breuiusculis verbis integros sensus circumscribere, aut celerimos ducere notarios, qui dictata exciperent magistrorum. Vnde exijt Martialis illud in Distichis:

*Currant verba licet, manus est velocior
illis:*

*Nondum lingua suum, dextra peregit
opus.*

Talem primam obseruationem atq; scriptionem, qualem triplicem ostendimus, altera sequebatur, quæ itidem erat vice repetitionis rerum perceptarum; qua sane repetitione memoriam magis confirmari augeri que erat necesse, quam sola lectione. Hæc namque fere fit perfunctorie, ut quasi delibationem putes, illa maiore cum attentione atque sedulitate, sic, ut ingenium in res scriptas paulo magis affigi intelligatur, habeatque hoc genus obser-

obseruationis propriam vim & *ἐναργίαν*
 excerptorum ex ore magistri dictatorum.
 Hic si quid inest tædij, totum illud oritur
 ab ingeniorum animorumque segnicie,
 per se videlicet nata lassitudinem accele-
 rare. Quod si quis ab finitijs ætatis ad di-
 scendum habilis, (definitur autem à pri-
 mo septennio, quamuis Fabius inchoan-
 dum putat tempestiuus,) si puer primum
 ab eo tempore scribere libros incipiat, pa-
 gina vna plus minusue per diem absolu-
 ta, quantus, inquam, surgeret aceruus li-
 brorum labore in adolescentiam vsque
 continuato? Præterea consulitur valetu-
 dini quoque scribendi exercitio. Quod si
 in gente medicorum illa in vniuersum
 laudatur exercitatio, quæ est placidissima,
 quaque simul eodemque tempore animus
 & corpus intenduntur atque mouentur,
 sicut scriptum reliquit Galenus in libello
de exercitatione parvæ pilæ; Sane hæc exerci-
 tatio scribendi est minime laboriosa,
 ac, nisi quod pedibus datur quies, tho-
 rax ipse ac tota pars corporis superior
 vna cum manibus exercentur; quanquam
 & ipsi pedes quoque, etsi obscura est a-
 nimaduersio. Quod si vtique non esset, li-
 ceat tamen subinde posito calamo non
 nihil prodeambulare. Nam ingenium vna
 cum corpore exerceri inter scribendum,
 paulo

*Lib. 1.
 Instit.
 Orat.*

*Salutare
 scribere.*

*Scriptio
 librorum
 quæ im-
 pressio
 melior.*

paulo superius est demonstratum. Quod si dolore pedum quis afficeretur, & huic quoque malo succurrer vsus calami, quasi per ἀντίσπασιν, dolore, inquam, non intentissimo vacanteque tumoris, nam alias aliud foret agendum. Et habeo quidem sententiæ meæ autorem Galenum, cuius hæc sunt verba, libro quinto, de sanitate tuenda: *His, qui imbecilles sunt cruribus, superioribus partibus exerceri, magis est ex vsu, quales χειρονομία, ἀροχρησιμὸς, disci iactus, alterum vsus.* Hæc ille. Quæ quamquam ita se habent, tamen cauta sententiæ Galenicæ commodius interpretandæ (Nam contradicere quis auderet?) illud obiter interijcimus, non requiri passim ac in vniuersum tam robustas exercitationes, quales, quæ alteribus fiunt; id quod nec Martialem latuit, cuius est hoc Distichon in Apophoretis:

Quid pereunt stulto fortes altere lacerti?

Exercet melius vinea fossa viros.

*Galeni
Martialis
ætas.*

Neque vero potuit alterum vsus esse diuersus Galeni tempore, quam Martialis, siquidem aut æquales fuere, aut proximitate. Martialis ætas in Domitiani Cæsaris, Galeni in tempora Traiani & Hadriani incidit. Hos autem inter fuit Nerua medius, qui paruo tempore sedit. Quod si dedecet alterum exercitatio, multo ma-

to ma-

to magis illæ valentiores, quales sunt, quæ
 fiunt harpastis, itemque *τραχηλισμοί*, &
 hæ quoque manuum sunt exercitationes,
 nam eæ aptiores forte fuerint palestritis,
 pro, inquam, ijs omnibus, vna illa, quæ
 scriptione fit, sufficiens atque idonea erit
 exercitatio. Propterea, quod sicuti mox
 attigi, agit, mouet, inflectit vniuersum
 corpus. Adde vero, quod non cruribus so-
 lum, sed proximis quoque situ membris,
 vesicæ ac renibus forte laborantibus, re-
 medio est manuum exercitatio, si modo
 recipimus Galenum, id loco statim cita-
 to confirmantem. Tum vero, vt mea fert
 coniectura atque opinio, salubritati cere-
 bri quoque succurratur leni manuum ex-
 ercitatione. Sic, vt necesse sit cum digitis
 pariter quoque cerebrum exerceri, sed
 molliter & placide, aliena opera, ceu ve-
 hiculo quodam agitatum, id vero eo est,
 quod cognatio & quasi *συμπάθεια* quæ-
 dam cerebro est cum manibus ipsis. Ete-
 nim à cerebro ad manus ipsas proxime
 deriuantur nerui, & quidem maximi, po-
 testque mutua illa cognationis affinitas
 intelligi à motibus animorum, vel im-
 prudentibus nobis. Quæ etiam causa o-
 lim fuit illis ipsis dicendi magistris at-
 que moderatoribus affectionum nostra-
 rum præcipientibus, ne nouus ille ora-

*Manuum
gestus.*

N

tor,

tor, quem sibi instituendum sumpserit, indecorum ineptumue quid admittat gestu manuum. In quam sententiam plura dici possent. Sed subscribemus verba Fabii Quintiliani è libro vndecimo Oratoriarum Institutionum. Sic enim ille: *Manus vero sine quibus trunca esset actio ac debilis, vix dici potest, quot motus habeant, quum pene ipsam verborum copiam persequantur. Nam ceteræ partes loquentem adiuuant, hæ, prope est vt dicam, ipsæ loquuntur. An non ijs poscimus? pollicemur? vocamus? dimittimus? minamur? supplicamus? abominamur? timemus? interrogamus? negamus? gaudium, tristitiam, dubitationem, confessionem, poenitentiam, modum, copiam, numerum, tempus ostendimus?* Multa huc adferri à me possent, sed est adhibendus modus, ne constitutos terminos exire velle videamur. Quæ tamen eo fere pergunt omnia, vt doceamus nequaquam in odio vel in tædio habendum scribendi laborẽ, quippe qui præterquam, quod mirifice inseruit ingenijs & memoriæ, robur insuper valetudinis & virium non nihil adiuuat. Nam quod quis forte diceret, adhiberi in Chalcographia quoq; exercitationem manuum, eoque paria facere cum scriptione: hic respondeo, distare plurimum inter exercitationem, quæ obiter statis-

ue in-

ue interuallis fit, & exercitium perpetuum
atque laboriosum : illa liberalis, hoc ser-
uile : illa sæpenumero animi gratia, hoc
quæstus causa adhibetur : illa remanet fe-
re intra metas lassitudinis, hoc ad fatiga-
tionem vsque frequenter produçitur.

Quanquam si vtique scriptio ipsa sit pro-
opificio atque iugi quæstu, quia tamen
inter minime laboriosa opera recensetur,
diuerso exemplo à multis mechanicis ar-
tificijs, paulatim vires corporum exhau-
rientibus, non solum absque vlla noxa,
verum etiam, sicuti dictum est, magno
cum fructu valetudinis exercetur. Quid
quod scribendi ars nobilitate quoq; præ-
stat? Etenim si artes omnes à proposito fi-
ne, ad quem tendunt, commendationis
plus minusue accipiunt, sicuti Aristoteles
ipse prodidit in Ethicis, eoq;ue artem fa-
ciendorum frænorum antefert quibus-
dam humilioribus opificijs, quod seruiat
militiæ (id enim exemplum declarandæ
rei causa libet apponere) quis dubitet ar-
tem scribendi nobilissimam, quum ab ea
profecta sit humanitatis ipsius cognitio,
imo vero in ea omnis quasi contineatur
humanitas concidissetq; memoria rerum
omnium, quas ingenia mortalium didi-
cere, nisi fidei custodiaq; calami commis-
sæ, in vniuersam vsque posteritatem

*Scriben-
di ars.*

fuissent propagatae? Nam quod quis forte
 obijceret, idem quoque praestari à Chal-
 cographia, dico, eius esse secundariam,
 atque vicariam operam. Secundariam,
 quia excipit prius scripta. (Etenim quis v-
 nus omnium Chalcographorum pari ce-
 leritate facilitateq; subsequi queat lecta,
 auditaue quam facit calamus: huius enim
 prompta, facilis, parata opera, illa indi-
 get temporis & meditationis in collocan-
 dis disponendisq; formis.) Vicaria au-
 tem est opera Chalcographiae, quia locū
 implet ministrantis serui. Et vt apertius
 rem designem, par mihi similitudo esse
 videtur Chalcographiae ad scriptionem,
 qualis est picturae ad res animatas. Vt
 enim ea potissimum placet pictura, quae
 rebus ipsis quandam quasi viuiditatem
 dare nouit, ita qui formis aeneis libros
 excudunt, ita demum officio se probe
 functos arbitrantur, si aptissime imiten-
 tur scriptos belle characteres, ipsa vide-
 licet arte totis viribus quasi ad aemulatio-
 nem naturae contendente. Tametsi vna
 adhuc in re vanus imitationis conatus,
 namque in efformandis minutilis chara-
 cteribus, ingenium scribendi non solum
 negat facultatem imitationis Chalcogra-
 phiae, sed spem quoque eripit, quasi dedi-
 gnata aemulationem artis elegantia scri-
 ti-

ti-

ptionis. Quod si præcipua laus & nobilitas picturæ consistit in secandis ducendisque tenuissimis lineis, principatumque artis tulere Apelles & Protogenes, quòd subtilissimas notas visum quodammodo effugientes delineauere, quis iam dubitet, quanto eius ingenij artificijque opus propius assequatur scriptio, quàm impressio characterum? Etenim traditum memini à Plinio libro septimo historiæ naturalis, vt exemplum aliquot admirabile adferamus, Iliada Homeri scriptam in membranis, inclusam fuisse in vnus nucis angustijs. Miranda profecto ingenij subtilitas & incredibile artificium, nisi integerrimus probatissimusque referret autor. Certe ne decem quidem nuces comprehenderent excusam prælo Iliada, vt interim sint ex maioribus istis, quas basilicas dicunt. Quanquam si Chalcographia ipsa æmulari cupiat ductus formarum tenuissimarum, frustra tentetur labor, ipsa videlicet charta plus satis atramenti absorbente. Et si vtique studium illud aliquo vsque porrigatur, ad maiorem tamen offensionem lectoris experimentum illius felicitatis cedat, quam ad laudem artis. Et profecto ingratus damnabilisque est vsus subtilitasque eius artis. Vnde gloria quæritur artificij, detrimentum autem

*Pictura.**Homeri
Iliad.*

N 3 ab

*Characte-
res visum
debilitāt.*

ab illo accipitur, in cuius ministerium ars ipsa paratur. Quod si in vniuersum characteres impressi omnes natura apti sunt retundere hebetareque aciem oculorum, quanto maius erit peccatum exilium subtiliumque notarum? In quam me commē-tationem descendente subit statim admiratio eius noxæ atque maleficij, causamque pernoscere gestio, quæ, quantum ego ratione & ingenio possum consequi, fortasse ducatur à siccitate caloreque, quarum vestigia qualitatuum æneæ formæ impressam chartis relinquunt, quæ tamen vis per se infirma imbecillisque foret, nisi concursu consimilium quoque qualitatuum iuaretur augeturque. Primum quidem atramentum, cuius in officinis librarijs usus conficitur ex pice, resina, oleo lini, abrasa è caminis fuligine, cœpe, minio, quarum rerum aliæ sunt qualitatis siccæ calidæque, aliæ à proprietate substantiæ oculis inimicæ, minium vero etiam inter venenosa reponitur. Certe omnes eæ materia à violētia suarum qualitatuum munimentum sibi aliquod apponi volunt à temperantibus miscentibusque atramentum Chalcographicum, quum nec sic quidem malignitatem suam amittant. Deinde est ipsa charta quoque paris ferme qualitatis cum illa, vnde conficitur, materia. Fit autem

*Atramen-
tum.*

tem

tem ex lino & glutine, præualet vero siccitate, id quod ex celerrima deflagratione cognoscitur, quin & ambustæ chartæ cinis refertur à Galeno libro 8. de facultate simpl. medic. inter medicamenta exiccantia. Sed & caloris vi ipso tactu prompte percipitur. *Cuius, inquam, sensus iudicium in certis, ambiguis, manifestis, obscuris qualitatibus requirendum docet Galen. l. 2. & 3. de facul. simpl. medic.* Certe si chartam in *Charta* sinum inferas euidentem caloris sensum percipies. Et forte caloris qualitas augeatur quoq; à leuigatione chartarum. Fit autem illa intinctu aquarum aluminae infertarum. Candor porro & polices chartarum in oculos quasi vibrantes, & eæ quoq; qualitates, secundariæ appellatæ, aduersantur oculis. Densitas quoq; & duricies tacitam quandam ac vix statim explicabilem vim habent renitendi aduersus aciem oculorum, præsertim si diutius inibi figatur acies contentius intuenso, sicuti contra mollia raraque, quasi non nihil cedentia, iuuant facultatem videndi, quædam etiam delectant, sicuti præterfluentes riui, quos simul consequi oculi, cum eisque quasi natate sibi videntur. Nam hanc similitudinem, vt in re parumper obscura, admiscere libuit. *Membrana*
 Quamquam à membranis quoq; aliquod *na.*

accipitur experimentum nostrarum probationum, quæ quum tot tantarumq; statim dictarum qualitatatum sint expertes, minimum offendunt aciem oculorum. Nam quod aliquis forte putaret parem noxam esse scriptarum chartarum, cum impressarum, satis dictum est superius: quamuis id tum alia gratia citatum fuit, plus multo hauriri ipsius atramenti à charta impressa, quum propter formarum ænearum magnitudinem & madefactionem chartarum, priusquam subigantur prælo, tum vero propter geminam impressionem factam ab æneis formis in quasque chartas, quæ qualitas ab ære indita de se sola forte sit inualida, applicatione tamen & coniunctione similitum qualitatatum, præsertim ex tot rebus consurgentium, seipsa imparibus modis fit maior improbiorque vis. Et scitum est Aristotelis illud: Simile additum simili facit ipsum magis furere. Fortasse sublæditur ipsa oculorum acies quoque à figura literarum impressarum, vt quæ magis in acumen porrigantur, quam scriptæ: præsertim autem eæ literæ, quas vulgus accepto primum à Plinio, opinor, nomine, *caducas* vocant. Fiunt autem illæ, quoties atramenti plus satis charta imbibit. Videbuntur hæc alicui forte à me superstio-

stitio-

stitiosius collecta. Et agnoscerem quidem crimen, nisi ageremus de membro corporis tenerrimo delicatissimoque, & à quâlibet offensiuncula lædi parato. Quapropter, si à scriptione manibus facta, minus omnino nocumentum oculis inferatur, si ingenium memoriaq; melius confirmantur, vt supra dictum est, si præstat vicem salubris exercitationis: Satis iam patere vnicuique arbitror, plus incommodorum acceptum antiquatovsu libros scribendi, quam commodorum ab inuento artificio imprimendi, neque vnquam optandam fuisse vacationem releuationemue scribendi laboris, quæ tot tantisq; commemoratis constaret offensionibus atq; detrimentis.

Restat nunc, vt, quod secundo loco posueramus, de compendijs lucri ex officinis librarijs enati dicamus. At primum quidem dicimus, iniquissime pensari sordidi tenuisque compendia lucri cum pulcherrimo huberrimoq; fructu doctrinæ, quippe hinc parantur, & subsidia, & ornamenta vitæ in omnem vsque ætatem, pecuniæ instabilis incertaque possessio: Literæ, iucunissimum viaticum, vbiq; nobiscum peregrinantes, semper sunt oblectamento, nunquam tædio, nunquam molestiæ, pecuniæ cum sollicitudine, metu, pericu-

N 5

lo cir-

Oculi tenerrimi.

2.
*De lucro
& questu
Typographiæ.*

*Avaritia
in studijs.*

lo circumlatæ, possessori quoties suo necis
causa fuere? Qui igitur æri suo parcat in
comparanda supellectile librorum, satis
declarat, posteriorem se habere rationem
studiorum atque artium, quam pecuniæ.
Quocirca vix vnquam talem excellentem
doctrina virum existimo futurum, præsta-
retq; eundem hominem ingenium ani-
mumq; totum referuare ad artes quæren-
dæ pecuniæ, quam dimidium adferre ad
studia literarum. Namq; plus in alteru-
tro genere proficeret, quam ambiguus
iactaretur inter vtrumq;. At vero inopiæ
consultum dicunt isti ab inuento artifi-
cioq; Typographiæ ob leuitatem impen-
dij. Imo pessime, quoniam sublata copia
& instrumētum magnum ademptum le-
uandæ egestatis. Enimuero vacabat ino-
pium labor non sibi met solum, sed alijs
quoq; in scriptitandis libris, erantq; para-
biles omnino res, minimiq; impendij,
calamus, charta, atramentum. Nam de
mediocritate opulentia, idcirco minus
necessariò dicendum, quod ferme ex æquo
se ad vtrumlibet habuerit. Sitque in hoc
genere iudicij facienda æstimatio à pro-
piore longioreue recessu ab opulētia. Sed
quid? an pudendum aut illiberale erat ca-
lami officium homini locupleti? Fusi, sta-
mina, acus, deceant sexum foemineū. Scri-
ptio

*Scribæ &
Librarij.*

ptio vero, præsertim bella & elegans, viro
decora est, omni ordini, ætati, professioni
conueniens. Quanto vero honestius, tem-
pus illud quod sibi vindicant alea, tesseru-
læ, discus, conuiuationes, datur scriptioni.

Quin audeo affirmare, postquam exerci- ^{Mon-}
tium illud honestum scribendi in cœno- ^{chi olim}
bijs cessauit, superuentu videlicet Chalco- ^{scribe-}
graphiæ, feruor monasticæ disciplinæ sese ^{bant}
remisit, studium religionis, prope est, vt ^{libros.}
dicam, refrixit. Non, quod ego locem
fundamentum aliquod religionis in scri-
ptione (foret enim illud dementiæ.) Sed
quia erat vice honesti diuerticuli scriptio
ipsa, si quando forte animus ad illicitas
cogitationes deflueret. Siquidem *Otia dant*
dant vitia. Et certe gliscente licentia mo- ^{vitia.}
rum, rebusque (vt fit) in peius inclinan-
tibus, quicquid eo aliquid momenti ad-
fert, magnum ad struendam perniciem
existimari & potest, & debet. Præterea *Libri ma-*
scribebat quondam etiam paterfamilias ^{nus scripti-}
aliquis libros, posteris suis relicturus, non
solum argumentum studij & pietatis erga
se, verum etiam exemplum & incitamen-
tum industriæ, gratamque sui recordatio-
nem, id quod emptio quoque librorum,
sed nescio, an pari efficacia, præstabat. Et
re vera, quid ad æmulationem paternæ
auitæque virtutis potentius, quid dulcius

aut amabilius homini ad studiū doctrinæ
 virtutisq; contendenti, quam cernere ma-
 num parentum maiorumue suorum? in-
 tueri industriam, videre pristinam fidem
 & diligentiam erga se in procurandis in-
Manu scri strumentis studiorum? Sed enim quanto
pti quo in in pretio & dignitate olim fuerint libri
pretio. scripti, euidenter declaratur in libro Pan-
 dectorū Iuris, Titulo de supellectile lega-
 ta. l. Supellectilis, quo loco Prætor negat
libros ipsos venire in censum & appellationem
supellectilis legatæ, quin etiam thecæ & scrinia
librorū in eandem recipiuntur immunitatem.
 Tantus olim fauor fuit Legū in familiam
 frugi, deditamq; doctrinæ studijs. Tanta
 cura astruendi hæredibus optimū thesau-
 rum domesticū, tanta asseruandi tuendiq;
 Tantum deniq; studiū restringendæ con-
 ditionis illius in legata supellectile, ne re-
 lictæ posteritati auferretur instrumentū
 studiorum; hæredi adimeretur commo-
 ditas discendi; domus spoliaretur, quasi
 perpetuo ornamento. Iam vero considere-
 mus & intueamur etiam ductus & formas
 scriptorum. An non pulcherrima res est
 iucundissimumque oculis spectaculum,
 cernere mundos speciososque characteres,
 maxime descriptos in membranis, qua-
 les adhuc alicubi supersunt; videre capi-
 tales notas literarum alterne puniceo
 calio-

cælioque distinctas colore; quasdam etiam auro insignes atque decoras, adiectis interdum parergis, cum ipsa propemodum laude pictorum certantibus? Verum statuebatur libris scriptis magnum precium. At quid tum? quando nihil aut parum damni accipiebatur à possessore, si fortè de precio sub hasta decideretur. Adde illud quoque, fieri potuisse, & quidem probabile videri factum, maiorem adhibitam fuisse in discendo operam, quo precio grauiore constabat scriptorum emptio librorum. Nam ita ferè ingenijs moribusque comparatum nostris est, vt perire nobis nollemus fructum utilitatemque rerum charo foro emptarum. Sed quid tandem? An verò leuem olim curam diligentiamque fuisse putabimus iuuandæ leuandæque penuriæ vulgaris, quo modis omnibus propagaretur multiplicareturque fructus studiorum? Quo quidem in genere instituti, studij, honoris, laudis, si prisca reuocentur præcipuas ferè laudes R O M A obtinuit, erectis, extructis, dotatis munificentissimè Bibliothecis publicis. Refert Suetonius Tranquillus à Cæs. Octauio Augusto magnis sumptibus constructam Bibliothecam: itemque Domitianum Cæs. absumptis incendio Bibliothecis

N 7 aliam

Cum precio librorum discendi ardor creuit.

Bibliothecæ Romæ.

Bibliotheca.

Anastasi-
us Bib-
liotheca-
rius.

aliam quamdam impensissimi operis cura-
rauisse extrui, missis Alexandriam, qui
Scriptores librorum conducerent. Idem
quoque de Hadriano Cæsare meminit
Aelius Spartianus. Et memoratur à
Plinio, libr. 7. Naturalis. hist. factum
Asinij Pollionis, qui de manibus publicè
ex hostibus relatis, publicam item con-
strui curauisset Bibliothecam. Sed & à M.
Varrone quoq; altera Romæ constituta
Bibliotheca locupletissima. Quin exteris
insuper populis ditioni imperioque suo
subiectis Roma Bibliothecas curauit im-
partiendas, ne consortes facti Romani
nominis atque imperij, exortes manerēt
doctrinæ, artium, humanitatis. Osten-
sumque nominatim eius tantæ beneficē-
tiæ liberalitatisque exemplum in Regulis
Aphricæ capta Carthagine, vti est apud
eundem Plinium lib. 18. Natur. hist. Sed
& in subsequētia quoque tempora, re-
cepta videlicet Religione Christiana, tan-
ta est laus extensa, commemorantque hi-
storiæ quendam *Anastasium Bibliotheca-*
rium Romanæ Ecclesiæ, illum qui studio
hortationeque Caroli III. Cæs (nam in
huius tempora incidit,) multa quædam
insignia laudeque dignissima opera de-
disset, ac imprimis Dionysij Areopagitæ
librum Hierarchiæ cœlestis è Græco ser-
mone

mone

mone à se in Latinum translatum, item-
 que historiã diuorum ad eam vsque æta-
 tem. Secutus hunc sæculorum aliquot in-
 teruallo Nicolaus Quintus Pontif. Max.
 copiosissimam pulcherrimamque Romæ
 Bibliothecam, cognomento *Vaticanam*,
 comparauit, multis aureorum milibus
 infumptis. Amator ille summus doctri-
 næ studiorumque est habitus, ipse quoq;
 doctissimus. Consimilem nacta laudem
 domus illustris Medicæorum à principe
 eius gentis Laurentio, ædificata dotata-
 que magnificentissimè Florentiæ Biblio-
 theca in cœnobio D. Marci Ordinis Præ-
 dicatorum. Sed ne dumtaxat memine-
 rimus nostrorum, inter exteras quoque
 gentes plurimum retulit laudis Deme-
 trius Phalereus Rhetor & Princeps, se-
 nator in regia Ptolomæi Philadelphi,
 qui ad quinquaginta librorum milia, (si-
 cuti de ipso proditum reliquit Iose-
 phus libro duodecimo Antiquitatum
 Iudaicarum) regijs auspicijs & ductu in
 Bibliothecam illam conuexerat. Et
 Pamphilus Cæsariensis conquisitis vn-
 decumque libris, hætenus fama cele-
 bratissimam Cæsareæ Palæstinæ Bib-
 liothecam constituerat, suaquemet
 manu magnum partem *Origenis* volu-
 minum conscripserat, quæ tamen im-

*Nicolaus
 Quintus
 P.M.*

*Deme-
 trius Pha-
 lereus.*

*Pamphi-
 lus.*

mea-

*Concludit
non à Ty-
pographia
solum
creuisse
littera-
rum stu-
dia.*

mensa leguntur fuisse, pænè vt fidem superet narratio: Vt interim vno verbo percurramus omnes omnium locorum Bibliothecas publicis destinatas vsibus. Quæ omnia à me allato eò valere cupio, vt persuasum omnibus iam sit, beneficentia supremi numinis, numquam neque defuisse, neque defuturam fuisse hominibus, tum voluntatem, tum facultatem, studia litterarum augendi amplificandique, ne beneficium atque laudem huius compendij in vnica ac sola reponendum putemus Chalcographia, ne etiam tanti apud nos sit æstimatio annonæ leuioris in emendis libris, quin precio & caritati perpetuò remedia suffectura fuisse intelligamus.

Transeo nunc ad illud beneficium Chalcographiæ vltimo loco superius numeratum, quia nimirum euexit amplificauitque plurimorum scriptorum nomina, gloriamque illustrauit. Hic primum illud confirmo, tantundem ferè gloriæ conciliari scriptori cuiumque quantum dignitatis autoritatisque quæritur scriptis. Quod si solius euulgationis propagationisque fuerat beneficium famæ largiendæ amplificandæque, poterat vnusquisque etiam obscurissimus scriptor claritatem nominis consequi. Sed fit in
rebus

rebus mortalium iustissima quadam æquitate iudiciorum, vt meritis virtutum tenore fermè pari præmia respondeant honorum; vt verum agnoscamus vetus illud Caronis eulogium, quem vel fugientem continuò secutam gloriam ferunt. Tanta profectò vis est eximiorum præstantiumque facinorum. *Vulgaria*, pressa, humilia, oculos multitudinis ad breue fortè tempus in se conuertant, puta commendatione alicuius nouitatis aut insuetudinis. *Grandia*, ampla, sublimia, vt magnam de se admirationem concitare, ita diutissimè sunt placere apta. Quocirca qui vmbra effugere vult mortalitatis, qui clarus æternusque haberi cupit, iisdem, quibus optimi olim scriptores, vestigijs, ingrediatur necesse est; multa legerit, multa audierit, multa obseruarit, ad scribendum venerit artis præceptis imbutus, etiam muneribus nature, si fieri possit, instructus. Absque ijs enim elegans fortè aliquis & disertus fuit, decus & amplitudinem oratoris retinere nequijt. Nam Chalcographiæ, ceu inter nuncio cuidã, velle fidere, committereq; nomen ad posteritatem trãsmittendum, nec interim munus scriptoris legitimi explere, hominis est vanum conatum suscipientis, atque leuitatem & intempe-

ran-

"

"

"

"

"

"

"

rantia ingenij sui prodentis. Quod si forte fortuna, tum per notitiam librorum, tum per ocium, liceret recensere vniuersum illud genus Scriptorum ab initio creati orbis, quanta se offerret turba inutilium? Certè claritatem, quam illi à scriptis monumentis non accipere, frustra peterent à Chalcographia, vt modo cunctis sæculis durauisset; & tamen in tanta multitudine libros conscribentium, laudati illaudatiq̃ue iuxta, patronos & vindices sibi semper quæsiere contra aduersantium studia & voces Cæterum, causa non valente, parum solet prodesse actio defensioque patroni. Quot, inquam, libelli, quum alibi, tum verò in Germania impressi, famam, quam sibi conciliare quæsierant, minimè inuenerunt? Quantus numerus scriptorum etiam vulgo probatorum desijt haeri in precio? Precio dixi, imò verò recordatione, tantum abest, vti honestam gratamque illi commemorationem nominis sui posteris reliquerint. *Persius & Martialis* festiui ambo poëtae, aliquoties precantur scriptis suis æternitatem, ne integumenta atque inuolucra fiant rerum in tabernis venalium. Itaque alter Satyra prima ingeniosè sua dissimulata persona scribere se significat, quæ cedro
(putat

*Persius
 Martialis*

putat digna, nec scombros metuentia,
nec thus: Alter verò eandem secutus
sententiam patronum etiam sibi quæ-
rit. Sunt autem ij Martialis versus li-
bro Epigrammatum tertio, ad F austi-
num:

*Cuius vis fieri libelle munus?
Festinat tibi vindicem parare,
Ne nigram cito raptus in culinam
Cordillas madida tegas papyro,
Vel thuris piperisq; sis cucullus,
Faustini fugis in sinum, sapisti.*

Itemque lib 4 ad Apollinarem ciuem
Romanum.

*Si vis auribus Atticis probari,
Exhortor moneoque te libelle,
Ut docto placeas Apollinari,
Nil exactius eruditiusque est.
Sed nec candidius benigniusque
Si te pectore, si te tenebit ore,
Nec ronchos metues malignorum,
Nec scombris tunicas dabis molestas.
Si damnauerit, ad salariorum
Curras scrinia protinus licebit,
Inuersa pueris arande charta.*

Vterque scriptor argute quidem, si serio;
festiuiter etiam & eleganter, si per io-
cum est deprecatus obliuionem & in-
teritum, molitusque æternitatem operi.
Quanta illis iocorum dicam, an in-
digni-

*Septi in
Germania
libri.
Patroni
librorum.*

Homerus

*Vergilius
T. Liuius.*

dignitatis materia concessa, quantos carminibus suis risus concijissent, siquidem per tempora frequentatae Chalcographiae vixissent, conspecta videlicet tanta insolentia, ambitione, arrogantia tot ineptissimorum Scriptorum, quot nostra tempora dederunt. Quanquam quid malus aut etiam vernaculus Scriptor, aliquis, opem aeternitatis sibi poscat à praesidijs auxilijsve externis, praesertim fretus mala causa argumentove non probabili, quum contra optimi quandoque Scriptores, omni destituti patrocinio potentiorum, imò oppugnati interdum, nihil prorsus amiserint de existimatione autoritateque sua. Tantum abest, ut benefactrix illa Chalcographia scilicet aliquid possit gloriae amplitudinisque conferre. Refert Suetonius Tranquillus C. Caligulam Caesarem Homeri opera memoriamque abolere voluisse, Platonis praetentata sententia, qui è sua Republica genus poetarum omnia exturbauisset: Vergilij quin etiam & Liuij libros imaginesque de Bibliothecis tollere annixus, quod alterum minimi ingenij iudicijque diceret, alterum verbesum nimium. An verò idcirco aliquid de autoritate celebritateque tantorum virorum imminutum. An verò idcirco etiam parcus lectus est Liuius, quia

quia subscribens Caligulae Fabius Quintilianus, quamuis acerrimus scriptor, *Patauinitatem* in Liuiio notauit, qui nouo atque à primo Fabio efficto nomine intelligi cenfeo redundantiam & copiam, à fertilitate vbertateq; agri Patauini. Quin & gallinas Patauinas, vt olim aliquis poctarum de crassitudine obesitateque laudauit, ita hodie quoque vulgus celebrat Italorum. Tanta soli rerumque omnium Patauij felicitas. Profecto nec Caligulae, nec Fabij acutae facundiae quicquam licuit iniuriae in nomen Liuij, quo minus illabefactum haectenus steterit stetque perpetuo. Sed & Hadrianus Caesar, referente Aelio Spartiano, in nomen *Vergilij*, & *Ciceronis* fuit iniurius, dum hunc posthabet Catoni, illum Ennio. Et Macrobius quoque, si recte expendatur, itidem praegravat Vergilium calumnia. Verum horum autoritatem atque sententiam sequentes omnes aetates facile expugnauere, Vergilio Ciceronique merito loco dignitateque seruata. Quid? an non etiam Sabinianus aliquis Pontifex Romanus vna litura cogitauerat abolere relicta scriptorum monumenta antecessoris sui Gregorij cognomento Magni, ac prope erat, vt aboleuisset, nisi autoritate & intercessione cuiusdam Petri Dia-

De Cicerone & Vergilio iudicia veterum. Lib.V. Saturn. cap.1.

Sabinianus Pont. B. Greg. Magni opera.

Dia-

Diaconi tantum fuisset prohibitum nefas. Verum Sabiniano historijs scriptorum æterna conciliata ignominia à tentato saltem facinore, Gregorij nomen perpetuo illustre atque celebre. Omitteremus iam citare multos alios cuiusque generis scriptores breuitatis causa, quorum etsi obstrepuissent famæ, calumniæ æmulorum, tamen firma immobilisque perstitit gloria, non illa quidem freta solo beneficio librorum multiplicationis, qualem imperiti rerum quidam fortè à Chalcographia expectandam putauere, sed fundamentis nixa veritatis, doctrinæ, facundiæ. Illud sanè in vniuersum dixisse sufficiat, tantum valere autoritatem semel partæ, solidæ perfectæque gloriæ, vt plus interdum referat, quis quid, quàm quid quis dixerit scripseritve. Multæ referuntur laudes variæ consummataque doctrinæ de *M. Varone* à multis Scriptoribus. Attamen vno illo de re rustica edito libello non tantum admirationis mihi Varro iniecit, & est alioquin dignissimus admiratione, quantum excitauit accenditque desiderium amissorum Varronis librorum, sola prædicatione Ciceronis initio disputationum Academicarum, plusque partum est Varroni veræ laudis à magnifico Ciceronis præconio, quam

*Quis, vel
quid dictum.
Varro de
re rustica.*

quam ab illo relicto fragmento operum,
 haud tamen numquam pœnitendo.
 Tanti scilicet est laudari à laudato viro,
 non autem diffundi quaquaversum ex-
 emplari à Chalcographo. Sed enim in
 media disputatione hac nostra, quasi mi-
 nante non nihil aduersa prælij fortuna
 pedem referre incipio, censeoque qua-
 dam ex parte Chalcographiæ officium
 commodare studijs litterarum olim po-
 tuisse, quippe ab interitu vindicata mul-
 ta opera fuissent, si non alio, saltem ex-
 emplarium multiplicationis beneficio.
 Verum id damni abundè solatur & com-
 pensat superstes adhuc bonorum copia li-
 brorum, quibus plene discendis vix fa-
 tis multum suppetat ocij atque tempo-
 ris. Sed neque si quid boni aduexit Chal-
 cographia, id nos vlllo modo supprimen-
 dum dissimulandumve ducimus, neque
 nos etiam tam sumus aut inconsiderates
 in pensitandis acceptis muneribus, aut in-
 grati in agnoscendis, quin si quid vnquã
 sumus nominis aut gratiæ scribendo con-
 sequuti, illud referendū putemus officio
 Chalcographiæ. Significam⁹ aut in primis *Typogra-*
 dolere nos tã opportunum inuentū, quo- *phia abu-*
 rundã improbitate, petulantia, libidine ad *sio.*
 prauos illicitosq; cōuersū vsus. Et profec-
 tō dū rē ipsā diligentius mecū pertracto,
 venit

*Germanorum
duo in-
uenta.*

Bombarda.

venit in mentem laudari Germaniam ipsam à duobus ingeniosis inuentis: Sed quibus cupiditas atque ambitio hominum plurimum sit abusa: alterum est librorum impressionis, alterum fundendarum bellicarum machinarum, quæ *Bombardæ* dicuntur. De machinis bellicis autorem habeo Ioannem Antonium Campanum, sic referentem oratione, habita Ratisbonæ apud Principes Germaniæ: *Inuenta apud vos quoque maiores minoresque Bombardæ, quæ non modo rumpi urbium muros, sed cælum etiam quati potuisse docuerunt, ut non solum bellatores semper fuisse acerrimi, sed instrumentum quoque bellicorum inuentores subtilissimi videamini.* Hæc ille: quibus quid quantumve sit tribuendum, tua sit, Lector, æstimatio. Quamquam de prauo damnabilique usu machinarum bellicarum Germania, minimum sit accusanda, sintque potius in culpa maritimi quidam populi, qui contra ius gentium decretaque maiorum rei nobis necessariae debitæque, usum fecere barbaris impiisque gentibus communem, nauigijs suis exportando. Chalco-graphiæ autem deprauatum usum & corruptelam, multi magna ex parte attribunt Germaniæ. Etenim exorta apud nos nimium quam vehementi contentione

tione

tione super Religione communi, in di-
 uersa, vt affolet, itum est studia, laxatisq; *Librorum*
 paulatim frænis licentiæ, nullus fuit *abusus*
 modus aut finis inuicem conuitiandi, *hodie fa-*
 acceptasq; iniurias retaliandi. Contem- *mosis li-*
 ptaque postremò & proculata autorita- *bellis e-*
 te superiorum ordinum, liberis cœptum *dendis.*
 debacchari vocibus atque scriptis, in
 Principes magistratusque ipsos, atq; hic
 seruitum gratificatumque studio pruri-
 entium aurium. Etenim est illud com- *ce*
 mune mortalibus vitium (neque enim *ce*
 iuuat dissimulare) vt pronis auribus ac- *ce*
 cipiantur malidicta conuiciaque in a- *ce*
 lios iactata. Verùm leuissima res foret *ce*
 contentio verborum, & habet hæc animi *Hæreses*
 libido suam quoque satietatem, sua fasti- *per typo-*
 dia; paulatim verò non libere minus & *graphians*
 audacter quam promiscuè pronuncia- *propagata*
 tum de placitis religionis, atque hic ferè
 diligens sedulaque inuenta Chalcogra- *ce*
 phiæ opera in committendis prælo qua- *ce*
 libuscumque sententijs atque cogitatio- *ce*
 nibus, honesta turpibus, bona malis, vti- *ce*
 lia commixta inutilibus, inuicem glo- *ce*
 riam dedecusq; mutuauere, eo plerum *ce*
 que relato studio, vt laus aliqua scripto-
 ri, voluptas lectori, typographo vtilitas
 quæreretur.

Dictum hætenus à nobis de cōmodis

O

& in-

& incommodis Chalcographiæ, quantum ingenio & ratione consequi potuimus, nimia tamen vitata superstitione, probatumq; satis confido, haud æquales populari persuasione utilitates à Chalcographia prouenisse, factumq; vt commoda fructusque ipsius ab incommodis atq; detrimentis præponderentur. Nunc fortasse sibi cupiat aliquis à me monstrari rationem & formam publicis malis medendi, neque id sanè improbè ac præter rationem, quod inutilis est morborum commemoratio atq; indicatio, nisi continuo remediorum quoq; opem adferamus. In quo sanè perparum nobis laborandum videtur, quid intelligamus magistratus ipsos tandem aliquando admonitos excitatosq; de remedijs adferendis, & quidè acriter cogitare, designatis vbiq; certis viris recognitioni edendorum librorum præfectis. Quanquam si hætenus aut nõdum satis exacta diligentia in recognoscendis erratis aut par dignaque poena in plectendis peccatis fuisset adhibita, licebat tum quidem vnicuique homini docto & ingenioso facultatem scribendi suam conferre ad acuendam diligentiam sedulitatemque superiorum ordinum; propterea quod ipsa mole malorum, instar violentæ inundationis, citius prope obruti fueramus,

*Censores
Librorum.*

ramus,

ramus, quam aduenientem vim sensissemus. Quod si vnicuique priuato ciui datur actio ex Interdicto aduersus præsumentem ædificare immittereue tignum in loca publica, præterita auctoritate superiori, vti est in Pandect. Titul. *Ne quid in loco publ. itinereue* l. *Prætor*: quòd hoc pacto publicis priuatisque rebus pariter consulatur, habeatque quisque Ciuis tantum iuris ad prohibendum, quantum ad obtinendum. Quidam? certatim quisque operam suam conferat ad arcendam licentiam & improbitatem referendi cuiusq; generis scripta in monumenta publica, quibus non sit data auctoritas à supremo Magistratu? Nisi forrè minus hic peccati periculiq; inesse putamus, quàm in vrbis ædificijs, aut à solo excitandis, aut vltèrius profereendis. Quanquam magnæ alicuius vastæque vrbis nihilo viæ publicæ forrè reddantur angustiores, aut incommodiores habitationes ab occupatione modica areæ alicuius, & si vtiq; oporteat, facilis sic demolitio operis. Libellus autem aliquis, prauam contagiosamq; dissipans doctrinam; magnam sæpè pestem ingenijs intulit quidem vix delebilem. Nolo iam multa dicere *Famosi libelli per orbem* de libellis famosiss hactenus per Germaniam sine fine sparsis, diuerso exemplo

O 2 ab

*Parfi. l de
quib. sin-
gulari
Commen.
Franc.
Balduin.
Atrebas 1.
cap.
Imagines
noxie
cuse.*

*Germanie
lan.*

ab illis vsurus, quum illi nihil non sibi permiserint, instructissimi videlicet studijs atque artibus meliori cuiq; maledicendi. Tacebo item de imaginibus, quas infamandi nominis honorisque alieni studio, officinae librariae, infinitas emiscere. Enimuero scriptis an pictis notis ostendatur contumelia, nihil interest, nisi quod in symbolis imaginum plus aliquid inesse argutae scurrilitatis solet, tum vero maior inibi apparet significatio animi ad nocendum parati, dum sensus ingenij peritis imperitisque litterarum aperitur. Possent multa in hanc partem dici, verum nobis satis erit rem ipsam quasi digito designatam, vt tanta indignitate vno momento ante oculos posita, iam vnusquisque pro sua prudentia intelligat, quam male promerita Chalcographia fuerit de veteri opinione modestiae grauitatisque Germaniae, iam pridem apud exteros populos non nihil concussa atque labefactata de tam promiscua libellorum figurarumque impressione, vna nota leuitatis intemperantiaeque totam simul nationem aspergente. Summa tandem sit
 » scriptio istius nostrae. Si saluam, si
 » quietam, si tranquillam cupimus Rem-
 » publ. Christianam, prorsus esse restringen-
 » dam, coercendamque licentiam officinarum
 Typo-

Typographicarum. Deinde adhibendum delectum atq; diligentiam, ne bona pro malis, inutilia pro vtilibus subijciantur. Maximè autem censeo reprimendā improbitatem libellorum maledicorum. Quum enim priuatæ contentiones & rixæ omnes inimicæ sint charitati, tum verò publicis consignatæ monumentis, cõtumeliæ. Illic fortè subitario impetu animi delinquitur, hic perpetua quodammodo vltio expetitur. Illas subsecuta statim reconciliatio deleat, extinguatq; obliuio; has ferè sempiterna vestigia offensionum comitantur. At verò mirum & multis fortasse incredibile, quantū hac in parte iam inde peccatum in Germania passim fuerit, in quo tu merito dubitare mecum possis, maior ne talium maledicorum scriptorum vesania fuerit, an stupor. Vesania, volentium impotentiā furoremq; suum videri fidem, pietatem, zelum. Stupor, aliorum de se iudicia, aut non intelligentium, aut negligentium. Etenim nemo ferè est paulò acrioris ingenij, atq; iudicij, qui non intelligat famosis libellis id præcipuè agi ab hostibus Euangelij, vt pressos pondere famæ iniquioris patronos veritatis, omnibus spolient ornamentis dignitatis, atq; auctoritatis. Aduersus verò hanc tantam frau-

dem, vafriciem, malignitatem maiori
quadam vi resistendum, ac tibi imprimis
Cæsar Auguste inuictissime Compescui-
sti paulò ante furorem & insolentiam
turbulentarum concionum; proximum
dehinc est, ac nescio an factu etiam faci-
lius, vt rabiem & maledicentiam quoque
prohibeas famosorum libellorum. Hoc
enim pacto publicis rationibus optimè
consules. Sed & tuis quoq; , **Cæsar Augu-
ste inuictissime.** Nam etsi multa abs te
summa cum animi magnitudine, æquita-
te, iustitia, sapientia, fortitudine, felicitate
administrata, gesta q; commemoran-
tur. Adhiberi etiam sociam cõsilijs actio-
nibusque tuis, clementiam & mansuetu-
dinem, tam bonis omnibus iucundum,
quàm tibi **Cæsar** sit gloriosum. Tamen
in tanta immensitate rerum laude, amo-
re, admiratione dignissimarum, subiinde
aliquid quærere volet inuidia, quod ex-
agitet & arguat. Tametsi & animo, & vir-
tute tua, cęlo iam pænè coæquata, nõ est,
quod ad inanes susurros inuidorum quic-
quam moueare. Quæ quamuis ita sint, &
capitale insuper habeatur, lædi quoquo-
modo **Cæs. Maiest.** famosis libellis; Tamẽ
erit sapientiæ & bonitatis tuæ quoque,
Cæsar Auguste inuictissime, eorum etiam
innocentiã ab iniurijs & calūnijs æmulo-

rum

rum tueri seruareq; quorum haftenus est
 fide, consilio, doctrina, veritas Catholica
 propugnata atq; defensa. Quod ita demū
 fieri posse, meo iudicio videtur: Si autor
 eris corrigendis castigandisq; quā pri-
 mum librariis officinis. Etenim nemo v-
 quam maledicus scriptor neruos ingenij
 ad nocendum intendet, telave depromet
 conuiciorum, si decrit iaculator Chalco-
 graphus. Ille autem tam copiosus Chalco-
 graphorum numerus Germanorum, toti
 fortè suffecturus orbi terrarum, ad paucos
 velim redigatur. Pauci Chalcographi vai-
 uersi seruiunt Galliae, pauciores Italiae,
 paucissimi Hispaniae. Certae quaedam na-
 tiones, nullum omninò habentes, vtūtur
 saltem aliunde importatis libris. Ad quid
 igitur, nobis tanta turba Chalcographo-
 rum? In magna multitudine promptius
 frequentiusq; ferè delinquitur. Paucitas
 ipsa exposita obseruationi. Ergo qui assu-
 mendi fortè erunt ad munus imprimen-
 dorum librorum, sint tam doctrina,
 quā moribus fama; probati viri; vt sic-
 uti ex proposito peccare nollent, ita per
 errorem aut imprudentiā nequeant quo-
 que. Iidem *Prinilegio Cesareo* etiam in au-
 torentur. Quibusdam etiam immunitati-
 bus supra plebem conspicui honestentur.
 Et si ita liceat, hæreditarium ius in sua

*Typogra-
 phi pau-
 ciores, vt
 in Ritua-
 libus Ec-
 clesie Vi-
 bris.*

quaque maneat familia imprimēdorum
 librorum: Sitq; tandem par fermè condi-
 tio Chalcographorum cum fabris mone-
 tarum; vt in quorum ius munusq; irruē-
 di, facinus piaculare habeatur, vltimò di-
 gnum supplicio. Et vt finem quandoque
 faciam, hisce tandem rationibus atq; for-
 mis à me descriptis, in meliorem fortè
 statum Respublica reponeretur. Etenim
 nisi remotis offensionum scandalorumve
 impedimentis, frustra sperantur pax &
 consensus animorum. Postremò, sic sta-
 tuo confirmoque, tantum accessurū fru-
 ctus, splendoris, ornamentorum, cōmo-
 dorum ad studia litterarum, quantum
 fuerit demptum de licentia & au-
 dacia prauorum scripto-
 rum atque Chalco-
 graphorum.

(. . .)

F I N I S.



IN-



I N D E X

M A T E R I A R V M
I N P H R A S E S E T
S E N T E N T I A S .

A	Bstinere	pag. 1	Blanditia	11
	Accusare	ibid.	C.	
	A sentia	2	Capillus	11
Adoptio		ibid.	Castitas & continentia	
Amare		ibid.	ibid.	
Amicitia		ibid.	Celeritas	ibid.
Animi gratitudo		3	Clementia	12
Adulari		ibid.	Colloqui	ibid.
Annona		ibid.	Commodum	15
Annus, & Annua		ibid.	Concordia	ib.
Avaritia		4	Constancia	ibi.
Audacia		ibid.	Consuetudo vide V sus.	
Auditus & Aures		ibid.	Consilium	14
Aurum, Argentumque		5	Conuiuium	ibi.
Auxilium variarum rerum			Credere & creditores	15
ibid.			Cultus situsque corporis	ibi.
AEdificare		6	Custodia & Carcer	16
AES alienum		ibi.	Cruelitas	ibi.
AEtates		7	Cupiditas	17
	B.		D.	
B ellum		7	DEus Opt. Max.	17
Bonitas & boni mores	10		Decus & ornamentum	
Beneficia	ibid.		13	
			0 5	De-

INDEX MATERIARVM

Dedicatio	ibi. Fortis	35
Delictum vel error	ibid. Fortuna	ibid.
Dementia	19 Fortuna bona	36
Detrahere & detractor.	Fuga 37. vide & exilium.	
20	Furor	38
Dies eique adiuncta	ibi Furta & erepta ibi. vide &	
Dignitas & fama	21 praeda.	
Diligentia in rebus	22	G.
Doctrina	ibid. Gaudentis & gaudij	39
Dolores	23 Gentium variarum mo-	
Discessus	25 res	40
Divitiæ	ibid. Gloria rerum gestarum	
Dos	26 ibid.	
Dubium	ibid. Gratia & gratiosus	41
	Gula	42
		H.
E lectio	26	
Ebrietas	ibid.	Habitatio
Eloquentia	27	Heresis. vide & Ma-
Emere vel vendere	28	gistratus.
Equus & equitans	ibid. Hora	44
Exequiæ	29 Hospitium	ibi.
Exilium & exulans	ibid. Humanitas	45
Exercitus formula.	30	I.
		Incolunitas
		Induciæ
F ama	32	Infamia
Fames	33	Inconstantia
Favor	ibid.	Ingenium
Felicitas	34	Impetus
Ferox	ibid.	Improbitas
Fides	36	Impius
Fidus	34	

IN PHRASES ET SENTENTIAS.

Inimicitia	50	Mensis	ibid.
Inimicus, vide hostes		Mercatum	ibid.
Invidia	50	Meretrix	64
Innocentia	51	Miseria	ibid.
Iniurie propulsandae	ibi.	Modestia & Temperantia	
Ira	ibid.	ibid.	
Insidiae s2. vide & strata-		Morbi	65
gemata.		Mors etiam violenta	66
Itineris & iter agentis	ibi.	Mors naturalis seu obitus	
dem.		67	
Iudicij vel iuris dandi	53	N.	
L.		Nati summo loco	68. vi-
L abor	53	de & Nobilitas.	
Lacrymae	ibid.	Nati humili loco	ibid.
Laudatio rerum variarum		Natura	ibid.
54		Navis decedens	69
Lectus & lectica	ibid.	Navis oneraria	ibid.
Leges latae	55	Navis ad anchoram stans	
Liberalitas	ibi.	70	
Lascivia & libido	56	Navis praelians	ibid.
Litterae & epistolae	57	Navis ad fontem appulsa	
Lites forenses	ibid.	71	
Locare & locatio	58	Nix & aqua	ibid.
Loca & situs	ibid.	Nobilitas	ibid.
Loci mutatio & profectio		Nox	72
60		Nuntij varij	ibid.
M.		O.	
M agistratus	61	Obstinatus	73
Mare	62	Obitus	ibid.
Matrimonium, vide vxor	ibi.	Ouli	ibid.
Memoria	63	Odium	74
		6	75

INDEX MATER. IN PHRAS. ET SENTENT.

O nus	ibid.	Seditio	ibid.
O ratio & O rator	75	Senatus	ibid.
P.		Servi & Servitus	85
P ax	76	Sol	ibid.
P arsimonia	ibid.	Solvere	ibid.
P atris & patriæ	ibid.	Somnus	86
P aupertas	ibid.	Spectacula	ibid.
P ecunia	77	Spes & desperatio	87
P ietas	ibid.	Status	88
P otentia	78	Studium	ibid.
P ericula	ibid.	Superbia	ibid.
P remium	ibid.	Supplicans	89
P roceres, primores, optima- tes, primarij	78	T emptus	89
P rodigalitas	79	T erra	90
P rudentia	ibi.	Testes	ibid.
P udor	80	Testamenta	91
P unitio & pœna	ibi.	Timor	ibid.
Q uies & tranquillitas		Triumphus	92
Reip.	80	V asa	92
R.		Veritas	ibid.
R atio	81	Victoria	ibid.
R ebellio	ibid.	Vinum	93
R ex sine Reitor	82	Virtus	ibid.
R isus	ibid.	Vltio & vindicta	ibid.
S.		Vigilie	94
S acra & sacrificia	83	Vulnera	ibid.
S apientia & scientia	ibi.	Vxor & matrimonium	ibid.
S alus	ibid.	Vitia	95
S edere	84	Vsus & consuetudo	96
			I. N.

I N D E X
 RERVM ET VER-
 BORVM MEMORABI-
 LIVM IN OBSERVATIO-
 NES HISTORICAS.

A	<i>Basia</i>	67	<i>Alternis</i>	177
	<i>Accipio excusatio-</i>		<i>Alternis vicibus</i>	176
	<i>nem</i>	219	<i>Amo</i>	174
<i>Acepi literas</i>		189	<i>Amor</i>	174
<i>Adhibeo fidem</i>		171	<i>Amores</i>	175
<i>Ad nihillum redigere</i>		177	<i>Amado</i>	217
<i>Adorare</i>		201	<i>Ampliatio</i>	195
<i>Ad primū lapidem &c.</i>		217	<i>Anaglyphum</i>	142
<i>Ad viam vsque</i>		153	<i>Angaria</i>	161
<i>Adunare</i>		223	<i>Angina</i>	233
<i>Advocatus</i>		218	<i>Angustia urinae, vesicae</i>	231
<i>Aerarium</i>		203	<i>Anheli</i>	229
<i>Aestimare &c.</i>		217	<i>Anhelatores</i>	eodem
<i>Affectio</i>		152	<i>Animal brutum</i>	153
<i>Affectiones</i>		233	<i>Animam agere</i>	146
<i>Alfigere</i>		170	<i>Animo esse attento</i>	196
<i>Agere animam</i>		146	<i>Animo esse remisso, omisso ib.</i>	
<i>Allegare</i>		194	<i>Anseres</i>	208
<i>Alleuare</i>		216	<i>Anteambulones</i>	153
<i>Algidi secessus &</i>	<i>Algidum</i>		<i>Anticipare</i>	185
244			<i>Apophoretum</i>	178
<i>Alterare</i>		228	<i>Appellationes</i>	156
<i>Alterne</i>		175	<i>Applicare fisco</i>	203
			O 7	<i>Aqui-</i>

INDEX RERVM

<i>Aquilus color</i>	214	<i>Ceruleus color</i>	214
<i>A rationibus</i>	155	<i>Cæsar</i>	220
<i>Arbiter honorarius</i>	155	<i>Calulator</i>	155
<i>Arbitrium</i>	ibid.	<i>Cancellarius</i>	154
<i>Argentarius</i>	157	<i>Carcinoma</i>	234
<i>Arguo</i>	228	<i>Careo</i>	223
<i>Articulus</i>	226	<i>Carminare</i>	234
<i>Assolutatio</i>	220	<i>Caros</i>	232
<i>Assimulare</i>	169	<i>Casia</i>	234
<i>Assurgere</i>	202	<i>Catapotia</i>	231
<i>Astruere</i>	169	<i>Καταφρακτοι</i>	153
<i>Ater panis</i>	213	<i>Catholicus</i>	191
B.		<i>Cautio</i>	160
B <i>Alanus medica</i>	231	<i>Cella</i>	155
<i>Baptizare</i>	140	<i>Cellarius</i>	ibi.
<i>Baro</i>	178	<i>Certum aut certiozem red-</i>	
<i>Benedictum</i>	176	<i>dere</i>	180
<i>Bene verat</i>	220	<i>Cibarius panis</i>	212
<i>Bibacitas</i>	189	<i>Ciceromastix</i>	138
<i>Bibax</i>	199	<i>Cicero imitandus</i>	197. ☉
<i>Bona pars</i>	206	247 248	
<i>Bono esse</i>	202	<i>Circumspectus</i>	200
<i>Bono facere</i>	203	<i>Civis</i>	162. <i>Civitas</i> 183
<i>Bonum mane</i>	224	<i>Clarifico</i>	180
<i>Bonum seruno</i>	150	<i>Clyster</i>	231
<i>Breue</i>	154	<i>Collega</i>	162
<i>Brutum</i>	158	<i>Colorum quorundam descri-</i>	
C.		<i>ptiones ☉ nomina</i>	213. ☉
K <i>αχξία</i>	234	<i>seq.</i>	
<i>Cena</i>	190	<i>Commendatione virtutis</i>	180
<i>Cenatoria</i>	139	<i>Commentarium</i>	145
		<i>Commuo-</i>	

E T V E R B O R V M.

Commodo facere	203	Conuictor	225
Commodum	182	Conuictum	176
Compareo	168	Cors	221
Compago	190	Crassescere	219
Composito	166	Crymnode & vrine	234
Concordare	177	Crymnodes	ibid.
Condolere	207	Cum dicto	168
Condolescere	ibid	Cyaneæ vrine	24
Conficere verba ad rem	167	Cyaneus color	213
Conferre rationes	155	D.	
Confidens	221	Dare operam	196
Confidentia	ibid.	Dare potestatem	166
Confiscare	203	De cetero	218
Congratulatio	198	Declaratio	29
Congratulor	ibi.	Declaratus	ibi.
Congressio	144	Deducere summam	135
Congressas	ib.	Defectio	187
Consalutatio	220	Defectus	ibid.
Consociare	225	Defingere	211
Consopiti	232	Derelictui habere	161
Consort	162	Destillationes	229
Conspiratio	151	Desuetudo	199
Constare rationem	155	Desuper	152
Constare secum	188	Detrabere sanguinem	141
Consultare in longitudinē	196	Deuoti milites	148
Contentus	200	Deuotio	149
Conterraneus	162	Dicto citius	169
Continentia	143	Dictum ac factū reddidit	207
Contingit te	200	Dies rogationum	184
Contra	175	Digestio	171 172
Contrarietas	205	Dignatio	183
			Dile

INDEX RERVM

Diligo	174	Exactio	160
Dimidium	173	Exaduerso	176
Dioecesis	183	Exautorare	177
Diplomata	185	Excomposito	166
Dispesco	174	Exdispositio	166
Dissolutus	20	Exhaurire	164
Distrabo	163	Exinanire	194
Ditio	182	Exigere rationem	155
Diuini	184	Expendere ad calculum	ibi.
Doleo	206	Explicare	180
Dominator	182	Expostulare	199
Dominatio	216	F.	
Dominatus	182	F acere certum aut certio-	
Dominus	ibid.	rem	180
Ducere ad calculum	155	Facere potestatem	165
Ducere uxorem	219	Facere premissa	167
Ducta est uxor	ibid.	Facilitas	181
Dulciarius panis	212	Facinus	167
Δύνατον	218	Facultas	146
E.		Facultates	ibid.
E brietas, οἰνωσις	190	Familia	143
Eclipsis	187	Feudatarij	144
Ediuerso	176	Fex urine	234
Esfingere	211	Fidentia	221
Electus est Cesar	219	Fiducia	ibid.
Epistolarum quaedam de-		Fiscus	203
centia	153	Formula qua significes,	
Eregione	176	quae licite illicitae sunt	175
Erratum	167	Fornicari	14 . 143
Essentia	213	Fornicatum	ibid.
Essendi	173	Fortuna	164
		Frater	

ET VERBORVM.

Frater	162	I.	
Fraudi esse	202	I Leon	130
Frequenter	218	Illustrare	181
Fruētuarius ager	147	Immunitas	177
Frugalis	198	Imperator	220
Frumenta &c.	217	Impossibile	218
Fumeus color	214	Impotentia	144
Furiosus	202 & 232	Inanire	194
Furor	202 & 233	In articulo	225
	G.	In articulo ipso	ibid.
Gentiles	144	Incidere venas	141
Gentilis	143	Incommodum	182
Gerere inimicitias	187	In diē, in horam viuere	196
Græcolatina quedam	138	Indignitas	183
Gratulatio	193 (& seq.	Indignus	13
Grauedinosi	229	Industriosus	181
Grauedo	ibid.	Ineffigiatus	211
	H.	Infortuna	154
Habe me excusatum	219	Infortunium	ibid.
Habere inimicitias	187	Ingens	223
Habere in votis	188	In manibus, inter manus	216
Habere votum	ibid.	In procinctu	215
Hereditas &c.	27	Inquieto	170
Hectica febres	234	Insani	232
Heliochryseus color	214	Iassar	205
Hemicrania	234	Interdictum	193
Herbescere	219	Interterere	234
Hodiernus	151	Intimo	218
Homo multe autoritatis		Inualetudo	167
187		Inuajor	182
Humiliter &c.	217	In votis habere	188
		Ioci	

INDEX RERVM

Iocinorosi	229	Magnum	223
Ischia	233	Maledictum	156
Ischiadici	ibi.	Male cogitare	226
Index superior	157	Male vertat	220
Iungere	225	Mandare	163
Iurati	191	Mane	224
Ius persequi	199	Maxilla	232
Iustitium	159	Mantici	184
L.		Mathematici	ibid.
L actarium opus	211	Mature	207
Lactes	134	Maxilla	193
Lactis meta	211	Mediastini	149
Leuitas intestinorum	230	Medietas	173
Lapidescere	219	Meseraice vene	234
Leuis corpora	230	Meliorascere	219
Lemuor	230	Mentem tibi meliorem dari	
Lenitas	222	222	
Lente	223	Mentem tibi tuam dari	ibi.
Lentitudo	222	Menynge	231
Librarij	209	Meta lactis	211
Licite illiciteue factarum re-		Minime gentium	223
rum formula	175	Miscellanea	182
Litare	140	Misereor	206
Λογισικὴ	232	Mittere sanguinem	141
Longanon	234	Moram ducere	151
Loquela	181	Moram trahere	ibi.
Lubricitas intestinorū	230	Morari	140
Luteus color	214	Mutata vice	176
M.		Multifidus	210
M acies	235	Multissimus	223
Magnificans	201	Multo mane	224

Muni

ET VERBORVM.

Munificentissimus	198	Operæ	150
Munus honorarium	178	Operari	184
Mustelinus color	213	Opes	143
N.		Oppilatio	231
N atio	161	Oppilo	ibid.
Naturalis filius	148	Opprobrium	175
Ne & quidem	165	Opus	179
Neotericus	151	Orificij	238
Nequaquam	177	P.	
Ne quidem	165	P anis dulciarius	212
Neutiquam	177	Panum reliqua genera	
Nihil adhuc	177	quædam	ib.
Nihil dum	ib.	Parturius colonus	146
Nimietas	205	Passiones	233
Niti	204	Patria	162
Nomen deferre	187	Patricij	173
Nomina dare	186	Patriare &c.	140
Nomina facere	ibi.	Per fas, nefas	175
Notare	180	Peritoneum	233
Notarij	209	Peruigilium	189
Notificare	180	ΦΛΕΓΟΤΟΜΕΙΝ	141
Novellus	151	Phœniceus color	215
Nusquam	177	ΦΡΗΝΕΙΣ	232
O.		Phrenetici	ibid.
O pietatem	179	Piceus color	214
Obsignator	156	Pientissimus	198
Obsonare	140	Pietas	142
Obstructio &c.	231	Pile	231
Obstructio vesicæ	ibi.	Pilulæ	231
Occupator	182	Piluros	134
Omniscius	210	Polybistor	210
			Poni-

INDEX RERVM

Pontificuli	227	Proquaestor	148
Portitor	197	Pro qualitate argumēti	153
Possessio	146	Pro re nata	153
Possessiones	ib.	Pro rei natura	153
Possibile	218	Prorex	148
Potestas	166	Protelo	170
Potestatem facere	165	Protocollum	145
Prasinus color	214	Proxenetes	157
Præcise	158	Psallere	140
Præcordia	230	Publicanus	197
Prægustator	154	Publicare	203
Præiudicium	193	Pulmonarij	229
Præpedio	170	Puniceus color	215
Præpositura	227		
Prærogatiuum	191	Q ualitas	153
Prædiarij	150	Quæ res tibi vertat be-	
Præstare damnum	175	ne, male	220
Primo quoq; tēpore	207	Quid factum est	206
Primum vbi	207	Quo iure, quaq; iniuria	175
Præiudicium	177	Quotannis	177
Probare	147	Quot mensibus	ibid.
Proclinitas	181		
Proconsul	148	R atio	179
Pro derelicto habere	161	Ratiocinatio	232
Prolegatus	148	Ratiocinator	155
Promissionum in memoriam		Rebellio	225
redigendarū formulæ	166	Rebellis	225
Propina	178	Recepi literas	19
Propinare	140	Recidipnum	138
Proportio	185	Recinium	139
Proprietor	148	Recuperatores	227
		Redde-	

ET VERBORVM.

Reddere certum aut certio- rem	180	Secundarius panis	212
Redemptor	144	Secum constare, consistere, habere	188
Redigere in ararium	203	Sensa animi	182
Reditus	157	Sequela	199
Reficere sarta tecta	146	Sequester pacis	156
Reguli	178	Seruitia	149
Regulus	ibid.	Sibimet imperare	179
Respectus	179	Signator	156
Restat vt facias	228	Societas	151
Restituere in integrum	177	Solidescere	219
Restricta	158	Sopiti	232
Rheda	138	Sopor	ibid.
Rhythmus	17	Sportula	178
Rogatio	192	Stare conuentis	167
Rogationum dies	184	Stillicidium vrinae	231
Rubella	235	Stipatores	153
S.		Strena	178
Sacer ignis	229	Stricta	158
Sacrificare	184	Structores	154
Sacrificia precaria seu pro- pitiatoria	184	Subigere	234
Salutatus	220	Sublimitas &c.	216
Sanguinem mittere, aut de- trahere	141	Suffragari	188
Sarta tecta reficere	146	Suffragia	189
Satagere rerum	196	Summisse	202
Satis mane	224	Summittere	ibid.
Scitus	200	Superest vt dicamus	228
Secessio	204	Supplicare	201
Secessus	ibid.	Supplicationes	184
		Supplices libelli	184
		Suppressio vrinae	231
		Suppu-	

INDEX RER. ET VERB.

<i>Suppingere</i>	155	<i>Veternus</i>	<i>ibid.</i>
<i>Supputare</i>	<i>ibi.</i>	<i>Vexillum</i>	198
<i>Suspiriosi</i>	229	<i>Vicarius</i>	148
<i>Synanche</i>	233	<i>Vicem tuam letor, dolere mi-</i>	
<i>Ευμπαχία</i>	207	<i>seror &c.</i>	206
<i>Sympatrides</i>	162	<i>Vice versa</i>	176
T <i>Abes</i>	235	<i>Vicissim</i>	<i>ibi.</i>
<i>Tabelle</i>	185	<i>Vigilie immoderate</i>	189
<i>Tabidi</i>	235	<i>Vinositas & vinolentia μέθη</i>	
<i>Tabularium</i>	185	190	
<i>Telones</i>	197	<i>Victoriosus</i>	181
<i>Temulentia</i>	189	<i>Vnire</i>	225
<i>Thermifacio</i>	139	<i>Vnum mane</i>	224
<i>Tributum</i>	160	<i>Vocare ad calculum</i>	25
V <i>Acatio</i>	159	<i>Votum facere</i>	188
<i>Valetudo</i>	167	<i>Votum habere</i>	188
<i>Valor</i>	225	<i>Votum muncupare</i>	188
<i>Vehemens</i>	233	<i>Vrbantus</i>	176
<i>Verborum diminutiua</i>	<i>ra-</i>	<i>Vrbs</i>	183
<i>tio & vsus quidam</i>	216	<i>Vrinae suppressio, angustia,</i>	
<i>Virgilio mastix</i>	138	<i>stillidium</i>	231
<i>Verficulus</i>	150	<i>Vrinam secare, aut incidere</i>	
<i>Versus</i>	<i>ibid.</i>	141	
<i>Veternofus</i>	232	<i>Xenium</i>	178

Habes hic datam tibi Nomenclaturam vocum Historiarum Lector, quæ in usu hactenus fuerint hominum doctorum. nec vero fuit consilium, vece: Barbaras ac reprobas in illum censum reponere: annotasse easdem satis mihi est visum. Tu interim meam operam boni consulas, oro. Nunc autem subsequar ex ordine classem eorum verborum, quæ pertinent ad Geographiam, quorum à nobis tractatio facta est in calce præsentis operis.

Aggenus

GEOGRAPHICA NOMINA.

A	Egeum mare	237	Croate	239
	Aeliopolis	245	Croacia	239
	Aenaria insula	243	Cymbr̃	139
	Aequicoli	244	D Aci	240
	Agathopolis	243	Daũ	239
	A. balonga	245	Dyrrachium	139
	Albania	237	E Pidaurum	237
	Alba Pompeia	245	Epidamñ	139
	Albanesi	237	Euganei montes	246
	Allobroges	243	Falisci	245
	Ambracia	238	G Ergonia	248
	Aphrica	245	Gete	239
	Apollonia	237	Græcia magna	236
	Aquitani	242	Guberni	241
	Asia minor	236	H Adriaticum mare	243
	Athene	238	I nferum mare	243
	Atellani	245	Isaurus	244
	Ausugani	246	L Aus Pompeia	246
B	Aleares insula	243	Lesbos	238
	Benacus	244	Liburni	239
	Boij	240	Ligusticum mare	243
	Bosphorus Thracius	237	Liris	244
	Brixia 240. Byzantiũ	237	Lisei lacus	244
C	Campaxia	243	Lollius	ibid.
	Campi Philippici	237	Longobardi	240
	Carni	239	M Acedones	237
	Cenomaneſes	240	Macedonia	237
	Cenomanni	ib.	Magna Græcia	236
	Chersonesus Cymbrica	Mulea		238
	239. Colossenses	237	Massagetae	240
	Corcyra	238	Masilia	243
				Ment-

INDEX GEOGRAPHICVS.

Memphis	245	Sarmatia Europæ	237
Menapij	241	Scodra	237
Metone	238	Sebius lacus	24
Mitylene	ibid.	Sentimates	24
Mæsia superior	239	Sicyon vel Sicyonia	237
Moschonij	240	Smyrna	238
N.		Soraete	24
N arbonensis prouincia		Superum mare	24
242		Sypantium	246
Naupactum	238	T.	
Nauplia	236	T arraco	24
Neritos	238	Tarracone	ibid.
Nicopolis	245	Tarraconenses	ibid.
Niniue	245	Thraymenus lacus	44
P.		Thusigetis	240
P arus	237	Triballi	238
Peloponnesus	236	Troia	244
Philippenses	237	Tuscum mare	24
Philippici campi	397	Tyrrhenum mare	24
Pistones	242	V.	
Polonia	237	V adimonis lacus	24
Prochyta	243	Valachi	237. 24
Prouincia prouineiarum	242	Vasalli	14
Ptolomais	245	Vascones	24
Rasciani	239	Vetulonia	24
Rheti	241	Vicouarum	2
Rhodij	237	Villa Varronis	17
S.		Vocontia	24
S abbatinus lacus	244	Vocontij	ibid.
Salamina	238	Vulsinius lacus	24

F I N I S.

4
Lit. rom

